





Early European Books. Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CMAJL 1.7.393/a






Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.393/a




Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CINAAGL 1.7.393/a





Early European Books. Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
C/MAGL 1.7.393/a

















1724

XXIV A

SAGIT. (Prou)

1. 7. 353







Q. D. B. V.
HISTORIAM
MARCHIONVM
AC
ELECTORVM
BRANDENBVR-
GENSIUM

ab origine Marchiæ ad præ-
sentem usque statum repetitam

SVB PRAESIDIO
CASPARIS SAGITTARII D.
HISTOR. P. P.

DIE OCTOBRIS

Publico examini exponet

SAMVEL VLRICI

Soltquella - Palæo - Marchicus.



IENAE
EX OFFICINA NISIANA.
ANNO MDCC LXXXIV.

MARCOLOV
AD

ELECTORVM
BRANDENBUR-
GENSIVM

ad origina Martialis ad pte
teatru usque lictum repetiam
SAB PRASIDIO

CASPARIS SACHTTAND

Histor. R. M.

AMVRL LIGI

EX OFFICINA NISI
ANNO MDCLXXII

PERILLUSTRI AC GENE-
ROSISSIMO
DOMINO

FRANCISCO de Meinders/
Dynastæ in Heinerstorff/Behlendorff/
Castorff/ &c. &c.

Serenissimi ac Potentissimi Electoris
Brandenburgici Consiliario Status ac Rei Mi-
litaris Intimo, Camerae Electoralis Præ-
fidi Summo.

VI ET

V I R O

*SVMMÆ REVERENDO, AMPLISSIMO
ATQVE EXCELLENTISSIMO*

**DN. CONRADO BAR-
THOLDO STILLIO**

*Serenissimi & Potentissimi Electoris
Brandenburgici Confiliario, & Ærarii Aulici
Præfecto, nec non Ecclesiæ Havelo-Mon-
tanæ Decano Splendidissimo,*

*Dominis, Patronis & Promotoribus meis hu-
millimo obsequio aeternum devenerandis.*

OMNIGENAM EΥΠΡΑΞΙΑΝ & PE-
RENNITATEM!

III
✠ (o) ✠

PERILLVSTRIS AC GENERO-
S I S S I M E

I T E M

SVMME REVERENDE AMPLIS-
S I M E ATQVE EXCELLEN-
T I S S I M E

D O M I N I



*Ecepti inter Chineses mo-
ris esse fertur, ut certi con-
stituantur Ministri, qui no-
mine REGIS annua a li-
terarum cultoribus expo-
scent specimina. Quantum
id instituti secum ferat fru-
ctus, vel iis arbitror constare, qui alias parum*

):(2

iudi-

❧ ❧ ❧

judicandi pollet potentia. Hinc apud alias quoque gentes geminum observari morem, nemini non notum est atque perspectum. Quid? quod ipsi tirones inde fuerint commoti, ut sponte Patronis commonstrarint, quo usque in artibus ac scientiis pervenerint. His ita se habentibus, nullus dubito, quin & VOS, VIRI MAXIMI, hoc meum factum benignius sitis interpretaturi. Vos enim estis, quibus nomine Serenissimi Potentissimique Electoris Brandenburgici, Domini mei Clementissimi, studiorum ratio est reddenda. Vos sane sparta Vestra adeo fungimini egregie, ut famam nunquam intermorituram sitis inde adepti. Non igitur non in Vos essem injurius, si vel plane nihil speciminis ederem, vel VOBIS qualemcunque hanc opellam ea qua decet observantia non consecrarem. Permittite itaque, Mæcenates Maximi, ut sub splendore Nominum Vestrorum

IV

✠(S)O(S)✠

rum scriptum hoc lucem adspiciat! Recipite manibus benevolis ac benigna mente, quod a devoto Vobis offertur cliente! Non tam scribendi modum, quam ipsam scriptionis materiam perpendite! Hæc uti omnino sancta est habenda, ita operam non iri perditum putavi, si aliquid industriæ in eam collocarent. Neque Vos, PATRONI OPTIMI factum ipsum improbabit, utpote qui facile perspicitis, ex animo observantissimo præsumtionem meam profuxisse. Id tantum etiam atque etiam rogo, velitis pro vestra singulari in literas propensione benigne efficere, ut, si hoc tirocinium non penitus displicuerit, ad plura vel in hoc vel alio studiorum genere conficienda specimen liceat progredi. Id quod futurum polliceor, si, post Serenissimi ac Clementissimi Domini Nostri gratiam Electoralem, Vestro quoque patrocinio non indignum me judicaveritis.

ritis. ^{De)ol} Omni certe præcavebo studio, ne vel
illa, vel hoc unquam videar abusus. Deus
vero una cum Serenissimo Potentissimoque
Electore nostro, Vos quoque Patroni Summi
diutissime sospitet factaque & consilia, Ve-
stra Patriæ nostræ porro jubeat esse salu-
taria.

PERILLVSTRIS T. GENEROSIT.

Item.

SVMME REVER. T. EXCELLENT.

devotissimus Client

SAMVEL VLRICL



I. N. I. C.

I.



Vi Brandenburgensis urbis ad Havelam sitæ conditorem faciunt Brennum, (1) quo duce Senones quondam Romam diripuerunt; aut ad Brandonem (2) quendam Francorum Ducem, Marcomiri filium, ejus referunt origines; nescio an assertioni suæ plenam possint fidem facere. Alii ab antiqua voce *Brimm*, quod *galeam*, præsertim cristatam & cornutam, denotare volunt, derivant. (3) Quidam oppidum a Slavis putant conditum, ac dictum *Brani Bor*, hoc est, *custodia silvæ*. (4) Denique nonnulli a Slavis accepisse credunt nomen *Zgorzelek*, sed a Germanis occupatum mutatum in Brandenburg; quod cum Slavica voce conveniant. (5)

(1) Georgius Sabinus de *Brandeburgo metropoli Marchie* pag. 79. Ioh. Schofferus de *origine & incrementis inclite familie Marchionum Brandenburgens.* lib. I. *Marchiados* p. 117. Andreas Angelus in *Chronico Marchie Brandenb. Germanico* lib. I. p. 2. Christianus Theodorus Schofferus in *Descript. Marchie, libello Germ. cap. 1.* Adrianus Romanus in *parvo Theatro Urbium* p. 103. Wolfgangus Justus *libello german. de variis Urbibus, Arcibus ac Monasteriis* pag. 25. & 54. itemque alio de *Urbe Francofurti* p. 4. Matthæus Drefferus *Isagog. Histor. millenar. VI. part. II. p. 478.* & de *Germaniæ Urbibus* p. 154. Stephanus Ritterus *Cosmographia Prosemetrice* lib. IV. p. 682. Petrus Bertius *Commentar. Rer. Germanic.* lib. II. cap. XII. p. 319. Rudolphus Diepholdius in *Genealogia Historica* p. 75. (2) Vid. Ernestus Brotufius *Genealogia Anbal-*

(3)

Meminit quidem Sigfridi Witichindus *lib. II. p. 17.* his verbis: *Sifridus vero Saxonum optimus, & a rege secundus, gener quondam regis, tunc vero affinitate conjunctus, eo tempore procurabat Saxoniam, ne qua hostium interim irruptio accidisset, nutriensque junio-rem Henricum secum tenuit. Eundem postea vocat Comitem: & Ditmarus lib. II. p. 18. diserte appellat Comitem Mersburgensem.* Sed quod vel ex Comitibus Ringelheimensibus, vel Marchio Brandenburgensis fuerit, nondum ex antiquis monumentis fatis certo constare puto. Franciscus Irenicus *Exeges. Germania lib. III. cap. LVII.* primum Brandenburgensem Marchionem facit *Henricum.* Verba ejus sub- jectio: *Henricus Caesar sui nominis primus habita de Ungaris victoria Marchionatum hunc erexit, ac ex quendam Henricum nomine proprium Comitem prefecit. Henricus I. Marchio sublimatus est anno Domini DCCCCXXXIII. Hominem autem postquam exiit, ei successit Henricus filius, & nepos inde hujus. Brotusio Geneal. Anhalt. lib. II. cap. IV. fol. 34. primus Marchio audit Johannes, Comes Stadenfis.* (5) Quidam id factum volunt anno 1000. W. Iustus ponit annū sequentem. (6) Sunt qui a Wendis occisum tradunt. Vid. Angelus *l. II. p. 46.*

III. Sigfrido ab Ottone I. successor dabatur GERO (1) jam Lusatia Marchio (2) Gerenrodani cœnobii (3) & cathedralis Ecclesiæ Havelbergensis (4) conditor, quem Otto I. contra Danckwertum (vocant & Tanquardum; Thancmarum; Tammonem) fratrem nothum, ejusque socios defendit. Decessit anno 1000. (5) inque cœnobio Gerenrodano sepultus est. 965.

(1) Ad illustrandam thesū faciunt sequentia Witichindi *lib. II. p. 16. 17.* Illo quoque tempore defunctus est Sifridus comes, cuius ditionem cum sibi vendicasset Thancmarus, eo quod propinquus ei esset (nam mater ejus filia matertera erat Sifridi, de qua genui rex Henricus Thancmarum,) & regali dono cessisset Geroni Comiti, afflatus est Thancmarus tristitia magna. Et Ditmari *lib. II. p. 18.* Discordia quoque inter concives consociosque oritur non minima, que Tammonem regis & Luidgerde (supra Haduim, seu Hedwigem

(4) 22

nominavit) concitavit filium, eo quod legatio Sifridi, Comitis Merseburgensis, quam sibi idem vendicaverat, Geroni sit tradita Marchioni, hereditasque materna sit ei prorsus sublata. W. Justus de *Francosurto* cap. II. & V. hunc Geronem primum facit Brandenburg. Marchionem. (2) Vide *Historiam* nostram *Lusatiam* §. XVIII. (3) Ditmarus *lib. II. p. 28.* Auētor Chron. Montis-Sereni *p. 36.* (4) Chytræus *Saxon. lib. I. p. 37.* (5) Chron. Montis-Ser. *d. l.* Auētor Appendicis ad Chron. Reginonis. Dies emortalis fuit *XIII. Kal. Julii.* ut est apud Ditmarum. In Chron. Montis-Ser. est *XIV. Kl. Julii* Et hunc probat sequens Gerenrodanum epitaphium a Spangenbergio *Chron. Saxon. cap. CXLII. p. 209.* Angelo *l. II. p. 52.* & aliis repetitum: GERO DVX ET MARCHIO FVNDATOR ECCLESIAE SAXONVM. ANNO DOMINI DCCCCLXV. XIII. CALEN. IVLII OBIIT ILLVSTRIS DVX ET MARCHIO HVIVS ECCLESIAE FVNDATOR. CVIVS ANIMA REQVIESCAT IN PACE. AMEN.

IV. Geroni successisse volunt BRVNICONEM, (1) Brunonis filium, qui Ottoni I. contra Eberhardum Franciæ Orientalis Ducem adhæserit, ac Brandenburgi in monte Harlungorum, qui postea ab æde B. Mariæ nomen acceperit, cum filiis MEINFRIDO, HERMANNO, SIGEHARDO, successoribus suis sepultus sit. (2)

(1) Wolfg. Justus, Sabinus, & Chytræus vocant *Brunitonem*; alii *Brunitonem*. Meminere hujus sepulturæ W. Justus, Spangenbergius, Chytræus. Sed digna sunt, quæ afferantur, verba Sabini ex historia Hugonis *p. 69. 70.* Patrem (Hugo) habuit *Brunitonem*, matrem *Wilecam*: fratres, *Menfridum*, *Hermandum* & *Segehardum*. Pater Brandenburgi sepultus est in monte Harlungorum in æde beate virginis. — Fratres in eadem, qua pater æde humati sunt ante aram communionis, quæ est in hemicyclo ad Orientem. Horum sepulcra extant apud Brandeburgenses, sed ita pedibus atrita sunt, ut nullum pene vestigium literarum in eis appareat. Epitaphia, quæ erant inscripta, ante annos centum, ubi nondum penitus oblitterata fuerent, homo antiquitatis studiosus descripsit in tabu-

tabulam, ad parietem hemicyli suspensam: que tabula me adolescente
adhuc in templo habebatur. Qui vero descripsit, testatus est, nihil suo
tempore legi potuisse in primo sepulcri monumento, præter hæc verba:

Idibus Julii obiit Cythara
Cythara Menfrido* juncta marito
Vandalia hæc reges*

In secundo exiit hæc versus, literis vix apparentibus:

Candidior gemmis Hermannus, flos Brumitonis
Hic jacet in tumulo proh dolor exiguo.
Quem flent gentiles pariter cunctique fideles,
Armis invictum succubuisse pium.
Brenburg ac patria o superis jam reddite vota,
Multiplycate preces, ut sit huic requies.

Tertio item sepulcra inscripta fuisse hæc verba: III. Calendas
Maji obiit Segehardus, clarissimi Principis Brumitonis filius
Christianissimus. Hos autem principes non modo pietate ac virtute,
sed etiam heroica corporis proceritate insignes fuisse, testantur ossa, quæ
sepulcris continentur: mea enim ætate clam aperta sunt hæc sepulcrorum
monumenta, jussu Hieronymi, Episcopi Brandenburgensis, in quorum uno
inventæ sunt ossa tam grandia, ut tibie attingerent coxendicem hominis
mediocris stature.

V. Ejusdem Bruniconis filius fuisse traditur HVGO,
qui supra Marchionatum Brandenburgensem Hetruria
præfecturam adeptus, Ottonem III. Romæ obsessum pleno
fidelitatis & prudentiæ consilio liberavit. (1) Hic Pistorii
in Italia mortuus, Florentiæ in Abbatia S. Benedicti a se con-
dita humatus est. (2)

(1) Siegbertus ad an. cion. quem *κτ̄ π̄ιδ̄α* sequuntur Vincen-
tius Belluacensis in *Speculo Historiale* & Antonius Florenti-
nus *Volum. II. tit. XVI. cap. III. num. IV.* Videatur etiam Pla-
tina de *vitis Pontificum* in Iohanne XIX. Volaterranus in *An-
thropologia*, Joh. Tritthemius in *Chron. Hirsaugiensi* ad ann. cion.
p. 44. H. Mutius *Chron. lib. XIV. p. 108.* Carolus Sigonius
de *Regno Italiae lib. VIII. pag. 186.* Peucerus in *Chron. Carionis I.*
IV. p. 369. Spangenbergius in *Chron. Saxon. cap. CLVII. p. 230.*

Georgius Sabinus Hugonis historiam singulari commen-
 tatiuncula descripsit, qua una cum *Originibus Stirpis Bran-*
denburg. a Reinero Reineccio edita. (2) W. Justus in,
Chron. Brandeb. Renovato a monachis sepulchro hoc ad-
 ditum fuit elogium: V GONI IMP. AFFINI ET CO-
 MITI, MARCHIONI BRANDENBURGENSI, HE-
 TRVRLE PRÆFECTO, QVOD D. BENEDICTO HIC
 OLIM, ET SEX ALIA COENOBIA CONDIDIT, PII
 HVIVS LOCI MONACHI DE SE BENE MERITO
 SEPVLCHRVM VETVSTATE ATTRITVM IN-
 STAVRARVNT ANNO SALVTIS MCCCCLXXXIII.
 OBIT ANNO SAL. MI. XI. CAL. IANVARI. Re-
 petunt hoc epitaphium Chytraeus *Saxon. lib. I. p. 38.* Andreas
 Angelus *Chron. March. Brandeb. l. II. p. 61.* Aliud Epita-
 phium, acrostichis eleganter ornatum retulit Baronius *An-*
nal. Tomo XI. ubi tanti herois vitam e Petro Damiani & aliis
 deducit, discedens a Scriptoribus, qui natales Germanicos
 nobis referunt. Attamen ajunt Gotfridum Viterbensem
 in Chronicis eum vocare *Militem Brandeburgensem*: quod
 mendose pro *Marchione* scriptum, putat Sabinus *p. 69.* Sed
 apud Viterbensem id non reperio. Idem Sabinus matrem
 ejus Wilecam Bruniconis conjugem *apud Septimense in Italia*
jacere scribit *p. 70.* ac addit: *Extincto enim marito illic filium se-*
cuta est.

VI. Hinc Marchionis dignitate auctus DITERICVS,
 Sighardi filius, qui a Mistevojo Principe Heneto, quem
canem appellans, matrimonio filia Bernhardi Saxonie Du-
 cis indignum censuerat, bello peritus, amissa arce Bran-
 denburgica, totaque marchia exutus, Magdeburgi inter Ca-
 nonicos receptus obiit circa annum cxxx. *

1020. * Videantur Ditmarus *lib. III. p. 56. seqq.* ubi hunc Ditericum
 mox *Ducem*, mox *Marchionem*, sed & *Episcopatum Brandebur-*
gensis defensorem vocat: Adamus Brem. *Histor. Eccles. l. II. c.*
XXXI. p. 64. Helmoldus *Chron. Slavorum l. I. c. XVI.* Krantzi-
 us *Wandalie l. II. c. XL. l. seq. l. III. c. XV. l. IV. c. XXVII. l. VII.*
c. XLV.

ē. XLV. Saxon. lib. IV. c. XXXIV. & XXXVII. Brotufius *Geneal. Anhalt. l. II. c. IV. fol. 25. a.* Spangenbergius *Chron. Saxon. c. CLVII. p. 242. seq.* P. Bertius *l. II. c. XII. p. 319.* Dresserus *p. 481.* Hujus quoque Diterici historiam singulariter descripsit G. Sabinus, quam in *Chronico* suo germanice vertit Angelus *l. II. p. 63. seqq.*

VII. Post illa Heneti in Marchia Brandenburgensi dominati usque ad Henrici IV. tempora: ac tum SIGFRIDVM, ex Comitibus Stadenfibus Henrici Boni filium, Marchionem Brandenburgensem renunciatum censent. (1) Quamquam quia Brandenburgensis Marchia adhuc in manibus Henetorum, Landesbergæ sedem fixit. (2) Vxorem ei jungunt Juditham Polonicam, quæ Brandeburgi sepulta sit, marito Pegavii humato. (3)

(1) De hoc Sigfrido Marchione ejusque gestis legendi Adamus Brem. *lib. II. p. 57.* Helmoldus *lib. I. cap. XV.* Albertus Stadenfis *p. 164. a.* (2) Chytræus *Saxon. lib. I. p. 38.* (3) W. Justus: *Vxor Juditha filia Vladislai I. Ducis, & postea Regis Boemie & Poloniae, sepulta Brandeburgi in medio templo Canonorum, & se vero sepulchra in cœnobio S. Jacobi oppidi Pegavii.* Reinæcius de Brandeburgo *pag. 97.* In medio fere templo est lapis, in quo adhuc leguntur hæc verba: IVDITHA MARCHIONISSA GEMMA POLONORVM.

VIII. Ex eadem Stadenfium Comitum familia inclauit VDO I. Brandenburgensis Marchio: qui, si is est, quem Lambertus Schafnaburgensis memorat, anno CIDLVII. 1057. vivere desiit, relicto Vdone II. successore.*

* Lambertus ad hunc annum: *Flo Marchio obiit, cui filius ejus junior successit.* Ditmarus quidem *lib. II. p. 35. venerabilem* quendam (ut vocat) *M. archionem Vtonem*, tempore Ottonis II. memorat: qui alius procul dubio ab hoc nostro fuerit. Ceterum quia recentiores tradunt, Vdonem I. post interfectum ad Mersburgum Rudolphum Svevum, Henrico IV. oppositum, recepta ejectis Henetis Brandeburgo, & trans Albim

Albin quibusdam oppidis Marchia additis, veterem regiminis formam restituisse circa annum CIOLXXX. ejusque obitum referunt in annum CIOLXXXV. Vdoni a Lamberto laudato hæc non convenient. Vid. Chytræi *Saxonia pag. 38.* W. Justus in *Geneal. Brandeb.* Petrus Albinus in *Chronico Misnia pag. 408.* Id novimus ex Alberto Stadenfi, Vdonem I. qui factus est Marchio, patrem habuisse Luderum, matrem Adelheidam, Rudolphi Sveci amitam.

IX. VDO II. qui & Ludigerus vocabatur, Henrico IV. rebellis, ab eodem captus, (1) postquam filium obsidem dedisset, dimissus est. (2) Ejusdem Imp. permissu a Pribislao Henetorum principe marchia ejectum volunt. (3) Obiit Herzfeldi prope Stadam anno CIOCVI. (4)

(1) Marianus Scotus *ad an. CIOLXXV. & CIOLXXXVII.* Helmoldus *lib. I. cap. LVII.* (2) Lambertus *an. CIOLXXV. p. 222.* *Vdo Marchio & Episcopus Mersburgensis & pauci alii nobiles Saxonia deditioem consenserunt: ex quibus Vdo Marchio dato pro se obside filio suo, statim deditioem absolutus est.* (3) W. Justus in *Geneal. Chron. Carionis lib. IV. p. 442.* Chytræus *d. l.* (4) Albertus Stadenfis *p. 150. b. Ludigerus Marchio, qui & Vdo, --- vehementi infirmitate repente cepit laborare, deportatusque Hersenvelde, ibidem obiit.* P. Albinus *d. l.*

X. Vdo II. fratrem habuit RVDOLPHVM, filium autem HENRICVM. Rudolpho natus est VDO III. qui ultimi ex hac Stadenfi familia Brandenburgenses fuerunt Marchiones. *

* Legendi de hac Stadenfium Comitum familia Albertus Abbas Stadenfis *pag. 152. f. 164.* Albertus Krantzius *Saxonia lib. VI. cap. V. & VI. Wandalsel. III. cap. XVII.* Videatur etiam Irenicus *Exeges. German. lib. III. cap. XXXVII.* W. Justus in *Geneal. Brandeb.* Peucerus in *Chron. Carionis l. IV. p. 369.* Brotius *lib. II. cap. IV.*

XI. Sicigitur Henricum V. OTTONI Diviti Marchioni Soltwedelensi ex antiqua familia Comitum Ascania

nia

nia & Ballensteteri oriundo, Magni Saxonie Ducis genero-
tulum & insignia Marchie Brandenburgensis contulisse
tradunt.*

* Et hoc quidem tradunt W. Justus, Chytraus, & alii: quod
an veterum dictis confirmari queat, dubito. Non indigna
tamen sunt lectu, qua de hoc Ottone consignarunt Hel-
moldus *lib. I. c. XXXV.* Lerbecius in *Chron. Comitum Scla-*
menburgensium p. 17. Krantzius *Saxon. I. V. c. XXV. & XXXVI.*
Wandalie l. III. cap. XVII. Paulus Langius in *Chron. Citizensi*
pag. 785.

XII. Ottonis hujus filius ALBERTVS I. *Vrsus* (1) re-
cuperata tandem oppressis Heneris Marchia, (2) a Frideri-
co I. inauguratus est Mersburgi anno CIÖCLII. (3) Obiit cir- 1152.
ca annu CIÖCLXX. (4) ac Brandenburgi sepultus est. (5) 1107.

(1) De Alberto Vrsö ejusque gestis legendi Helmoldus *lib. I.*
c. XXXV. LII. LIV. LV. LXXXVIII. lib. II. c. VII. Otto Frisingensis
lib. VII. Chronic. c. X. Albertus Abbas Stadenfis *ad ann.*
CIÖCLXXVI. & *seqq. pag. 156. seqq.* Auctor Chron. Montis-Sereni
ad ann. CIÖCXVIII. & seqq. p. 7. 10. 21. 26. 27. 29. Lerbecius
pag. 11. Krantzius *Saxon. l. VI. c. VIII. XI. XX. Wandalie l. III.*
c. XXXVIII. XL. lib. IV. c. III. XIV. Brotufius *Geneal. Anhalti-*
ne lib. II. cap. I. fol. 28. seqq. Albinus in *Chron. Misnia pag. 409.*
(2) Helmoldus *l. I. c. LXXXVIII.* In tempore illo Orientalem
Slaviam tenebat Adelbertus Marchio, cui cognomen Vrsus, qui et-
iam propitio sibi Deo amplissime fortunatus est in funiculo sortis sue.
Omnem etiam terram Bryanorum, Stoderanorum, multarumque
gentium habitantium Havelam & Albiam misit sub jugum, & infre-
navit rebelles eorum. Quæ verbotenus exscribit Krantzius
Wandal. l. IV. c. XXXVII. (3) Ita W. Justus, Chytraus &
Dresserus. Neque tamen Otto Frisingensis, Helmoldus, &
Auctor Chronici Montis-Sereni, qui comitiorum Mersbur-
gensium meminere, hanc investituram memorant. Quid
si autem jam anno CIÖCLII. sub Conrado II. marchia Bran-
denburgensi fuisset auctus? Sic enim habet Albertus Sta-
denfis: *Albertus Marchio revocatus est in gratiam Principum, &*

B

rece-

recepit omnia sua, Comitatum & Marcam. At forte Soltvedelensis illa fuerit marchia, qua, nescio quibus de causis, excidit. Quod Albertus Vrsus a Pribislao Heneto Principe adoptatus, Brandenburgensem acceperit Marchiam, quæ est Brotufii sententia d. l. W. Justii de Francof. c. II. p. 23. Peuceri in Chron. Carionis l. IV. p. 442. P. Bertii lib. II. Rer. Germanicar. p. 321. nondum apud vetustiores reperi. (4) Albertus Stad. ad d. an. *Albertus Marchio obiit.* Et ne alium putes, Chronicon Montis-Ser. diserte vocat *Marchionem de Brandenburg.* (5) W. Justus in *Geneal.* qui perperam ejus obitum refert in annum CIÖCLXVIII. quod & facit Brotufius pag. 30. qui tamen Ballensteti sepultum tradit. Confer Angelum l. II. p. 89.

XIII. Albertus Vrsus præter *Sigfridum* Brandenburgensem Episcopum, post Bremensem Archiepiscopum, (1) filios reliquit *Bernhardum* (2) & OTTONEM I. Ut autem a Bernhardo Electores Saxonie veteres, Duces Saxo-Lauenburgici, ac Principes Anhaltini descendunt; ita ab OTTONE familia Brandenburgensium Marchionum, qui per annos ferme ducentos marchiam gubernarunt, propagata est. (3)

(1) Vid. Helmoldus l. II. c. XXIII. Arneldus Lubec. lib. III. c. XII. Albertus Stad. ad an. CIÖCLXXIX. p. 196. b. 197. b. Krantzius *Metropol.* lib. VII. cap. IV. (2) De *Bernhardo* in *Histeria Bardewicensi* egimus, & alibi id fiet accuratius. (3) Chytræus p. 38.

XIV. Hic OTTO I. bello cum Canuto Danie Rege, (1) defunctus, decessit anno CIÖCXVIII. (2) in monasterio Marchie medie Leninensi a se condito humatus (3) Ex Anna (aliis Agnete) Saxonica filios reliquit quatuor, OTTONEM II. & ALBERTVM II. *Henricum* Marchionem Tangermundensem, Collegii Canonorum Regularium Stendalii fundatorem (4) anno CIÖCCXXXII. mortuum. (5) & *Ditericum* Soltvedelensem (6) Marchiones. (1) Ar-

(1) Arnoldus Lubec. *lib. VI. c. IX.* & ibidem Henr. Bangertus in *Notis p. 462.* Krantzius *Saxon. l. VII. c. XVIII.* *Wandalia lib. VI. c. XXXII.* Joh. Ilacius Pontanus *Histor. Danica lib. VI. p. 291. seqq.* Brotufius *lib. II. c. VI.* W. Justus, Angelus *l. II. p. 90. seqq.* P. Bertius. (2. 3. 4.) Chytraeus *d. l. (5)* W. Justus: *Annales Stendalienses dicunt anno 1332. obiisse in Vigilia Epiphaniae Stendaliae, postquam quatuor annos ibidem Canonicus fuisse, & sepultus in templo S. Nicolai.* Alii anno *1303.* decessisse, volunt. Vide Justum in *de Francofurto c. IV. p. 39.* Angelus habet an. --- *XCVI. l. II. p. 94.* (6) W. Justus ex Theodorico quoque facit *Marchionem Tangermundensem.*

XV. Patri autem successit OTTO II. (1) qui cum ex Anna Afcaniensi nullos suscepisset liberos, Albertum fratrem successorem designavit. (2) Obitus ejus refertur in annum *1006.* (3) Humatus est Lenini. (4)

(1) Meminit hujus Ottonis Lerbecius in *Chron. p. 24.* Neque tamen assentior Meibomianis *Notis, pag. 51.* ac si bellum cum Canuto Daniae Rege, de quo proxima thesi diximus, ab hoc Ottone II. primi filio gestum. Videatur de eo Brotufius *lib. II. c. VII. fol. 40. b. seqq.* (2) Recentiores scribunt, Albertum ab Ottone fratre bello captum, & in carcere aliquamdiu habitum sponte ab eodem liberatum. (3) Ita W. Justus. Alii, & in his Sigismundus a Bircken referunt in ann. *1003.* Pontanus *Hist. Dan. l. VI. p. 297.* in an. *1000.* W. Justus & haec sunt: Otto II. *Equus auratus creatus anno 1197. a Henrico 6. Imperatore, cum quo Hierosolymam profectus contra Sarracenos.* Sed fac Ottonem equestri dignitate ab Henrico VI. ornatum; in Palaestinam cum Imp. proficisci non potuit: cum Imp. motibus Siculis impeditus expeditionem non suscepit. Quid? quod scribat Arnoldus *Chronici Slavor. lib. V. cap. I.* Otho-nem *Marchionem de Brandenburg ipsam peregrinationem non peregrisse, sed per Dominum Papam dispensatione eam dimisisse.* Sequitur Krantzius *Saxon. lib. VII. c. IX.* Otto *Marchio Brandenburgensis apostolica postmodum voti commutatione domi substituit.* W. Justus diem mortis addit *V. Julii.* Sed si cum Ottone

IV. Imp. anno cccccv. obsedit Hamburgum (quod memorat Krantzius *Saxon. lib. VII. c. XXXVI.*) diutius vixisse, necessum est. Neque enim ad Ottonem III. puto referenda. (4) Brotufius *d. l. fol. 41. a. ex eo Angelus lib. II. p. 95.*

XVI. Fratri igitur successit ALBERTVS II. Friderico II. gratissimus, (1) cui perpetuæ lites crebris excursionibus exercitæ fuerunt cum duobus Pomeraniæ Ducibus Bogislao II. & Barnimo I. Obiit anno cccccxi. sepultus in, **1221.** cœnobio Leninensi. (2) Vxorem habuit Mechtildam, majorem Conradi Lusatiæ Marchionis filiam, cum qua nuptias celebravit anno cccccv. (3) Ex hac genuit *Johannem I. & Ottonem III.* ut & *Mechtildam* Ottoni I. Duci Brunsvicensi nuptam, (4) *Annam*, Nicloti Principis Vandalorum, & *Beatricem*, Hermannii junioris (5) Thuringiæ Landgravii conjuges. (6)

(1) P. Bertius *p. 321.* (2) Brotufius, W. Justus & Albinus. (3) Auctor Chron. Montis-Ser. *Albertus Brandenburgensis Marchio filiam Conradi Marchionis Orientalis majorem (duas enim habebat) Mechtildem nomine, duxit uxorem; cuius nuptias Tidericus Comes de Summerschenburg in castro Groitz cum magna gloria & expensarum copia celebravit.* (4) Theodoricus Engelhusius in *Chronico p. 245.* Brotufius *lib. II. c. VIII. f. 41. a.* (5) Ita W. Justus. Verum de eo vel ob id dubites, quod hic Hermannus Thuringiæ Landgravius Ludovici & S. Elisabethæ filius anno ætatis XVIII. decesserit. Vid. Auctor de Landgraviis Thuringiæ *c. XLIX.* (6) Brotufius addit *Hedwigem*, Ottoni Marchioni Misniæ nuptam.

XVII. JOHANNES I. & OTTO III. fratres, qui per XL. annos communi aula & regimine usi, post divisionem instituentes (1) bello cum Alberto Archiepiscopo Magdeburgensi (2) Henrico Thuringiæ Landgravio (3) Barnimo II. & Vratislao Pomeraniæ Ducibus fuere dissentii, ac partem Pomeraniæ occupantes, *Novam Marchiam* vocarunt.

Res

Res denum sic composita, ut Johanni Marchioni, ducta Hedvige Barnimi I. filia, jure dotalitii manerent occupata in *Nova & Vcaromarchia*. (4) His ita transactis inter utramque domum amicitia stabilita, in ejusque firmiter vinculum Barnimus tertium nuptias meditans, Ottonis III. Marchionis filiam *Mechildam*, sibi, & filio Bogislao IV. Johannis filiam *Agnetem* conjugio stabili junxit.

(1) Wolfg. Justus in *Chron. Francof. cap. II. p. 25.* Brotufius l. II. c. IX. fol. 44. a. Phil. Jac. Spenerus in *Sylloge Genealogico-Historica pag. 762.* (2) Krantzius *Saxon. lib. VIII. c. IV.* Brotufius pro eo substituit *Willebrandum.* (3) Fabricius *Orig. Saxon. l. VI. p. 578.* (4) Joh. Micraelius *lib. III. Chron. Pomeran. parte I. num. XIII. p. 314. seqq.* Spenerus p. 733. & 762. (5) Idem. De expeditione Johannis in Prussiam vide Petrum de Dusburg in *Chron. Prussiae parte III. c. LXXI. p. 180.*

XVIII. Hic JOHANNES I. Francofurtum ad Viadrum ampliavit, ac emporium constituit anno CIOCCIII. 1253.

(1) item monasterium Franciscanorum Sehuse condidit. (2) Anno CIOCCXVI. vita excessit. Sepultus in cœnobio 1266.

Chorino a se condito. (3) Multam e tribus conjugibus, *Sophia*, Waldemari Daniæ Regis filia; *Sophia* Saxonica, Alberti Ducis filia; & *Hedvige* Pomeranica, prolem suscepit. Ex prima uxore geniti *Johannes II. Otto IV. Conradus I. & Ericus.* Media mater fuit *Alberti III. Henrici, Helena, Mechildis & Agnetis.* Tertia *Tilonem* peperit. (4) Et *Helena* quidem Diterico Marchioni Misniæ, Henrici Illustris filio, Alberti Degeneris fratri; (5) *Mechildis*, Christophoro I. Daniæ Regi; (6) *Agnes*, Bogislao IV. Pomeraniæ Duci (7) nupserunt.

(1) W. Justus tum in *Genealog. Brandeb. tum in Chron. Francof.* sic tamen ut *cap. II. p. 21. & V. p. 44.* non modo Johanni I. sed & Ottoni III. tribuat: quod & facit Brotufius f. 30. & 44. Sebast. Münsterus *Cosmographie l. III. c. CCCCLVI. p. 1080.* Dres-

serus de Germania Urbibus pag. 251. Zeilerus Itinerarii German. cap. XVII. pag. 380. Spenerus p. 762. (2) W. Justus. P. Bertius erronee vocat *Sebusum*. (3) W. Justus & Brorufius. (4) Secuti hic sumus partim Wolfig. Justum, partim Spenerum pag. 762. seq. Neque tamen in hac Genealogia omnia sunt plana. Nam sunt qui pauciores Johanni, & ex altero ac tertio conjugio nullos assignant liberos. *Tilonem* memorat Krantzius Saxon. lib. VIII. cap. XXXII. (5) Fallitur ergo Johannes Garzon Bononiensis, qui uxorem fuisse dicit Friderici Admors, Alberti filii: & Brotufius, qui Diterico (Tizmanno) Friderici hujus fratri jungit lib. II. cap. IX. fol. 43. a. (6) W. Justus hanc *Mechildem* primum Friderico II. Imp. nuptam asserit. Vnde id hauserit, nescio. Multum tamen de hoc connubio dubitaverim. De Mechilde Friderici II. conjugis ita Cuspinianus: *Sextam ferunt habuisse Mechildem, Johannis Regis Anglie filiam, quam Pontificis dispensatione (quandoquidem affinitatis gradus alias obstabat) accepit.* (7) Angelus l. II. p. 122.

XIX. Ceterum quia hoc stemma in duos precipue ramos divisum, prius quam de *Johannis I.* posteris dixerimus, de *Ottonis III.* progenie dispiciemus.

XX. OTTO ille III. cognomento *Pius & Beneficus*, (1) oppidi Brandeburgi in Prussia, (2) & Strausbergensis monasterii in media Marchia (3) conditor, bello cum Ludolpho Halberstadenfi Episcopo captus, & in arce Langenstein detentus, non modica pecunia, & oppido Haldensleben se redemit: sed postea ipsum Episcopum ad Osterburgum captum carceri mancipavit. (4) Idem Willebrandum Archiepiscopum Magdeburgensem, Ludolphi focium bis fugavit, & ad pacem petendam adegit. (5) Eidem post Wilhelmum Comitem Hollandiæ regalis dignitas dicitur oblata, sed recusata. (6) Mortuum ferunt anno 1267. (7) ac humatus est Strausberga. (8) Ex uxore

re

re *Beatrice Primislai Ottocari Bohemiae Regis filia* (9) genuit *Jobannem Pragensem, Albertum IV. Ottonem Longum, Ottonem Parvum* : item *Kunigundam, Mechtildem, & Agnetem.*

(1) *Pii* cognomen ei tribuunt *W. Justus & Chytraus. Benefici* huic jungunt *Joh. Henricus Meibomius in Noris ad Henrici Roslae Herlingsbergam p. 37. & Spenerus in Sylloge Geneal. p. 766. Henrico Roslae audit Totus Christicola, totus pietatis amator.* (2) Factum id anno *CIÖCCLXXVI. V. Petri de Dusburg Chronicon Prussiae parte III. cap. CXX. CXXII. CXXVI. p. 219. seqq. Wencesl. Hagecius Histor. Bohem. part. I. fol. 330. a. Angelus l. II. p. 107. Christoph. Hartknoch. in Historia Prussica Germanice scripta parte II. cap. III. pag. 399. Ottonis expeditionis in Prussia. meminit Auctor additionum ad Lambertum Schafnaburg. ad ann. CIÖCCLXV. p. 259. & ad eundem annum Auctoris Compilationis Chronolog. Pistorianus p. 745. Dubravius Histor. Bojem. l. XVII. p. 157. seq.* (3) *W. Justus. Angelus lib. II. p. 105. Chytraei verba afferam: Otto p. i. i. monasterium in oppido Strauberg fundavit, cujus aedificia ruinosa, & chorum templi marmoratis parietibus, & 100 Marchionum sepulchris olim insignem, nunc recto nudatum, sub dio complus & collabi, non sine gemis superioribus annis conspexi.* (4) *Krantzius. Saxon. lib. VIII. c. XX. Wandalsia lib. VII. cap. XXIII. Paulus Langius in Chronico Civitensi pag. 814. Dubravius Historie Bojem. lib. XVI. p. 146.* (5) *Krantzius distis locis. Spangenbergius in Chron. Saxon. cap. CCLVI. p. 439.* (6) *Micraelius Histor. Universal. lib. III. sect. XII. Spenerus pag. 766.* (7) *W. Justus, Albinus, Angelus, Bertius & alii. Non sine causa dixi, ferunt. Nam si praelio ad Herlingsbergam interfuit, quod gestum anno CIÖCCLXXXVII. diutius vixisse, necessum est. Consule Notas Meibomii ad Roslae Herlingsbergam paulo ante laudatas.* (8) *W. Justus.* (9) *P. Bertio audit Beata. Abraham Bzovius in Continuatione Annalium Baronii p. 1032. vocat Constantiam, Premislai Poloniae Regis sororem. Hanc Beatricem putant Crevestanum in veteri Marchia coenobium fundasse. V. Angelum l. II. p. 115.*

Pon-

Pontanus huic Ottoni III. jungit Johannis Holfatiæ Comitis filiam. l. VII. *Hist. Dan.* p. 345.

1268. XXI. Ex his Ottonis III. filiis *Johannes* Pragæ educatus, & ob id *Pragensis* dictus, anno CIÖCCLXVIII. Mersburgi in hastiludio fuit interemptus, (1) ac in cœnobio Chorino terræ mandatus. (2) *Otto* autem *Parvus*, qui sedem fixit Stargardiæ (3) ab excessu conjugis Hedvvigis, filia Rudolphi Habsburgici Regis Germaniæ, (4) factus Templarius, ac dein monachus & subdiaconus Leninensis, anno CIÖCCIV. vivere desiit, Lenini sepulcrum nactus. (5) Filia autem, *Kunegunda*, Belæ Vngariæ Regis, (6) *Mecbtildis*, Barnimi II. *Agnes*, primum Erici Regis Daniæ, post Johannis Comitis Holfatiæ (7) *Helena* Henrici Principis Anhaltini (8) factæ fuerunt conjuges.

(1) Annum hunc designant Auctor Addition. ad Lambertum p. 259. Auctor de *Landgraviis Thuringiæ* cap. LXIV. p. 930. Sed sequentem Auctor *Chronicæ Australis Tomo I. Marq. Freheri.* (2) W. Justus, *Angelus l. II. p. 107.* (3) W. Justus: qui & ob id *Principem Stargardensem* vocat. (4) Vid. Sigism. a Bircken *Oesterreichischer Ehren-Spiegel hb. I. cap. IX pag. 83. cap. XVI. pag. 146.* Spenerus p. 767. ubi monet Frischlinum, hunc Ottonem *Parvum* cum fratre *Ottone Longo* confundere. (5) W. Justus: & ex eo *Angelus l. II. p. 121.* (6) Eidem nupta an. CIÖCCLXIV. W. Justus & Spenerus p. 766. (7) Ibidem. Pontanus autem *Hist. Dan. l. VII.* Agnetam facit Alberti Marchionis filiam. (8) Justus, Spenerus, & Brotusius in *Genealogia Anhaltina.*

1278. XXII. ALBERTVS IV. Guntherum & Bernhardum Archiepiscopos Magdeburgenses contra patruales juvit anno CIÖCCLXXVIII. (1) In Misnia prædas agens, ac Lucan. obsidens victus est, (2) demum anno CIÖCCXIV. vitæ cum morte commutavit. (3) Ex *Mechtilde* Christophori I. Daniæ Regis filia, quæ Strausbergæ sepulta, (4) tres genuit

nuit filios immatura morte exinctos: (5) item *Beatricem*,
Henrici Leonis, Meklenburgici Ducis conjugem, quæ
Stargardensem terram dotis nomine marito attulit. Fi-
lia quoque ejus fuit *Agnes*, quæ Primislao II. Regi Polonia
primum nupta, post Nicloto Pueri, Rostochiensis Domino
desponsata. Hac temere repudiata, cum Otto Longus &
Hermannus Agnetæ patruales contumeliam familiæ illa-
tam ulturi Rostochio bellum intentassent, Rostochiensis
Erici Dania Regis tutelæ se subjecerunt. (7)

(1) Krantzius Saxon. *lib. VIII. cap. XXXI. Wandal. lib. VII. c.*
XXXVII. (2) Spenerus p. 767. (3) W. Iustus & Spenerus. (4) W.
Iustus. Vide de hac Mechtulde Pontanum *Hist. Danicæ. VII.*
p. 364. (5) An sunt illi, qui in Marienthalensi cœnobio se-
pulti cum hoc elogio?

Hic sunt sepulchra Marchgraviæ filii culti

Otto, Conradus, Volradus, tegmine petra

Brandenburgenses requiescant pace perenni.

Vid. Buntingius in *Chron. Brunsvicensi* p. 363. Sed Wolfg. Iustus
Soldini, oppido novæ Marchiæ, sepultos tradit. (6) W. Iu-
stus, Angelus *I. II. p. 115.* (7) Krantzius *Wandal. lib. VII. cap.*
XLV. Joh. Posselius *Orat. de urbe Rostochio* p. 19. Chytraeus *Sax.*
lib. I. p. 37. lib. V. p. 133.

XXIII. Otto Longus, Alberti IV. frater, Wenceslai
II. Bohemiæ Regis tutor, (1) novam Marchiam quæ in
Cruciferorum Prussorum manus venerat, redemit: (2)
sed propter illam bellum cum Polonis gessit. (3) Abiit e vi-
ta anno cccccxviii. sepultus in cœnobio Leniensi. (4) 1298.
Vxores habuit, primo quidam *Catharinam*, Primislai III.
Bohemi filiam, (5) deinde *Juditham*, Hermannio Comite
Hennebergensi natam. (6) Ex hac genuit *Ottosum Ma-*
gnum, qui post *Hedwigis* (quidam vocant *Annæ*) Hen-
rici Pingvis, Ducis Lignicensis filia obitum, Magister Or-
dinis Johannitici Rhodiensis factus: (7) *Hermannum Lon-*

C
gum

gum; de quo mox dicemus: *Albertum*, Comitis cuiusdam
 Afcanienfis maritum: (8) *Guntherum*, Marchionem Wol-
 merftadienfem, anno cccccxi. mortuum: (9) item
Beatricem, Boleslai Calvi Ducis Lignicenfis; (10) *Judi-
 tham*, Rudolphi Saxonie Ducis, & Electoris; (11) *Mech-
 tildem* (aliis *Agnetem*) Henrici Probi, Vratislavienfium
 Ducis, (12) conjuges: & *Kunigundam* monialem, anno
 cccccxvii. mortuam, ac Berolini feptam. (13)

(1) V. Hagecius *Hift. Bohem. Part. 1. fol. 339. feqq.* Dubravius *Hift.
 Bojem. lib. XVII. p. 166.* Angelus l. II. p. 119. Bohuslai Balbini
Epitome Rer. Bob. lib. III. c. XV. & XVI. pag. 202. feqq. ubi gravi-
 ter invehitur in hunc Ottonem. (2) Wolfg. Iuftus in *Ge-
 Neal. Cyr. Spangenbergius Geneal. Hemeb. lib. II. c. XXXII.
 p. 120.* & Spenerus pag. 767. id factum dicunt an. cccccxc.
 (3) De bello Ottonis Longi cum Polonis vid. Matth. a Mi-
 chovia *Chron. Polon. l. III. c. LII. p. 108.* Cromerus *Hift. Polon.
 l. IX. p. 558.* Ioach. Paftorius *Flori Polon. lib. II. c. XIII. p. 89. 90.*
 Hendrichius in *Rebus Marchicis cap. V.* Videtur hæc tangere
 Auétor. Chron. Slavici ab Erpoldo Lindenbrogio editus ad
 an. cccclxxxvi. *Qui Marchiones (Brandenburgenfes) in-
 quit, dictam terram cum exercitu magno eam intrantes contra Re-
 gem Polonæ, Rege jam in Polonia interfecto, per ipfos sibi subiecerunt.*
Neque tamen capio, quod idem Auétor feribat: Cruciferos
*de domo Teutonica a Marchionibus Brandenburgenfibus & Mifien-
 fibus terram Prutz: e fertilem & populofam pro magna summa pecu-
 niæ emiffe.* (4) W. Iuftus in *Geneal. Spangemb. d. l.* (5) *Catzeniana*
 vocant Brotufius, W. Iuftus, Spangenbergius & Spenerus.
 Hanc plerique improlem fuiffe tradunt. Sed Spenerus p.
 767. annotavit, aliquos ea natam perhibere *Beatricem*, uxore
 Cafimiri, Ducis Tefchinii, vel Boleslai Ducis Svidnicii. (6)
 Spangenbergius d. l. Male igitur Brotufius & W. Iuftus ejus
 patrem vocant *Hartmannum*. (7) Ita W. Iuftus & Reufne-
 rus. Perperam Brotufius, & alii ex eo faciunt *Magiftrum*
Ordinis Teuthonici. (8) W. Iuftus & Spenerus. (9) W. Iuftus,
 Span-

Spangenbergius & Spenerus. (10) Hanc *Beatricem* omit-
tunt Spangenbergius & Spenerus: sed memorat W. Iustus.
(11) Hæc mortua anno c10ccxxviii. (Spangenberg. in *Geneal.*
Henneb. biennio post:) IX. Maji, Wittebergæ sepulta. An-
gelus l. II. p. 136. (12) Quæ ei nupta anno c10cclxxviii. W.
Iustus. Ioach. Cureus tamen in *Annal. Silesie* p. 82. hanc Hen-
rici Probi uxorem ignorat.

XXIV. HERMANNVS Longus, (1) Ottonis Longi
filius bella contra Bohemos gessit. (2) Huic avunculus
Poppo Comes Hennebergicus multa in Franconia con-
cessit. (3) Vita functus in expeditione contra Wendos an-
no c10cccviii. in cœnobio Lenini depositus est. (4) Ex
Anna Austriaca, Alberti I. Imp. filia, quæ marito mortuo
in Henrici Ducis Vratislaviensis manum venit, (5) præter
Johannem Illustræm, genuit *Brigittam*, sive *Juttam*, Ber-
tholdi Comitis Hennebergici conjugem (6) *Agnetem*,
Woldemari I. Electoris Brandeb. (7) *Mechtildem* Henri-
ci, Ducis Glogoviensis, cognomento *Felicis* (*Ferreum* alii
appellant) (8) *Annam*, Ottonis Comitis Hennebergensis,
(9) uxores.

(1) Longi cognomen ei tribuunt Siffridus Misnensis, *Chron.*
lib. II. p. 703. Spenerus. p. 763. Sigism. a Birken. (2) Siffridus
d. l. (3) Spangenbergius in *Chron. Henneb.* lib. II. cap. XXXIII.
p. 121. ubi docet, ipsum supra *Marchionis Brandenburgensis*, etiam
titulo *Ducis Franconie* usum, ac gallinam quoque Henne-
bergicam rubræ aquilæ in insignibus subdidisse. (4) Brotu-
sius, Spangenbergius & W. Iustus. (5) Duxit eam Herman-
nus anno c10ccxcv. ut habet Auctor *Chron. Australis*
Tom. I. Freberi p. 326. Errat Albertus Argentinensis in *Chro-
nico* pag. 111. pro Hermanno *Waldemarum* sufficiens *Anna* hæc
sequenti usâ titulo: *Anna Deigratia Brandenburgensis & Lusita-
nie Marchionissa, Dominaque de Henneberg.* Spangenbergius
eam postea *Henrico D. Vratislaviensi* nupsisse tradit: pro quo
Boleslaus II. male substituit W. Iustus. De hac *Anna Au-*

friaca legendus omnino Sigismundus a Birken im Des-
 ter. Ehren = Spiegel lib. II. cap. X. pag. 249. (6) Vid. Spang-
 genb. Geneal. Henneb. l. II. c. XXIII. p. 122. & lib. V. cap. IX. p.
 194. Brotufium Geneal. Anhalt. lib. II. cap. IX. fol. 47. a. Rents-
 chium im Brandenab. Ceder = hein p. 319. (7) W. Iustus, (8) Fe-
 licis cognomen Iustus, Ferrei habet Spenerus. Curæus tamen
 in Historia Silesiaca part. I p. 92. 93. hanc Mechtildem Alberti
 Brunsvicensis filiam fuisse asserit. (9) Reufinerus in Geneal.
 De quo tamen dubitat Spangenbergius. Spenerus monet,
 aliis hanc Abbatissam dici. Et mortalitatem exuisse an. CI CCC LVIII.

1306. XXV. JOHANNES Illustris anno CI CCC CVI. vivo
 patre ab Ottone Duce Stetini victus, ægre evasit. (1) Mor-
 tuus est in vigilia Dõminicæ Palmarum, anno CI CCC XII.
 1312. ac Lenini sepultus : ex Catharina Henrici Ferrei Ducis
 Saganensis filia (quæ dein Johanni Comiti Holfatiæ
 nupsit) (2) nullis susceptis liberis : adeoque hanc ipsam
 Marchionum Brandenburgerum lineam clausit. (3) Ab
 ejus obitu Franconica per Brigittam sororem domui
 Hennebergicæ restituta sunt. (4)

(1) Spangenbergius in Geneal. Henneb. l. II. c. XXXIII. p. 122. (2)
 W. Iustus, Angelus l. II. p. 126. (3) Brotufius, Spangenbergius,
 Angelus. Mirum qui W. Iustus hunc Johannem Il-
 lustrem non Hermannii nostri, sed Johannis IV. faciat filium.
 (4) Spangenbergius & Spenerus.

XXVI. Et tantum quidem de Ottonis III. Pii proge-
 nie. Nunc ad Johannem I. ejusq; posteros progredimur.
 Johanni I. filios fuisse diximus Johannem II. Ottonem IV.
 Conradum I. Ericum, & Albertum III.

IOHANNIS II. favorem ambiabant Silesii, inprimis
 Vratislavienses, ulturi injuriam a Boleslao Calvo seu Sa-
 vo, Principe Lignicensi illatam : & quoniam bello geren-
 do sumtus requirebantur, ut Principem suum Henricum
 Probum a Boleslao captum liberarent ; terram Krofien-
 sem

fem pro aureorum quatuor millibus oppignorarunt, ea
 praeipue conditione, ne Boleslao suppetias ferret. Fi-
 nito bello Krosnam reddidit Henrico Probo, postquam
 aureorum sex millia solvisset. (1) Condidit Iohannes Mi-
 noritarum coenobium Prinnislauiæ (Prenslau) in Vkerom-
 marchia. (2) Obiit an. c. cccclxxxv. Chorini apud Patrem
 sepultus. (3) Vxores habuit duas: *Hedwigem*, Nicloti Van-
 dalorum Principis filiam, an. c. cccclxxxi. mortuam. (4) &
Helenam, Diterici Misnia Marchionis filiam. (5) Triga
 filiorum, *Albertus*, *Henricus* & *Conradus* ante patrem de-
 cessere. (6) Ex his *Albertus* Ducibus Pomeraniae partē pro-
 vinciae, qua Stargardia versus Poloniam & Neomarchiam
 extenditur, eripuit; sed pacis amore reddidit. (7) An ma-
 trimonio fuerint innexi, non reperio. Certe genealogia
 Iohannis II. ultra non extenditur. (8)

(1) Matthaus a Michovia *lib. III. Chron. Polon. cap. LVII.* Cu-
 raus in *Historia Silesiae p. 84.* Rentschius in *Cedernheim c. IV.*
p. 123. (2) W. Iustus. (3) Brotufius in *Geneal. Anhaltina lib. II.*
c. IX. fol. 42. b. ponit annum huius sæc. LXXXI. at W. Iustus,
 Angelus, & Spenerus illum in thesi landatum. Krantzius
Wandal. lib. I II c. XLIX. scribit, ipsum in molitione arcis Stargar-
 diensis vitam finivisse: & germanum ejus Ottonem rem a fratre in-
 chotam consummasse: nisi forte hæc aliorum pertinuerint.
 Nam Iohanni & Ottoni fratrem assignat *Woldemarum.* (4)
 Brotufius, & W. Iustus. Ille etiam *Gurburgam* vocat. (5)
 Spenerus p. 703. *Fridericum* vocat W. Iustus. (6) Omittit
 hos filios W. Iustus: sed nominat Spenerus. (7) Vid. Mi-
 cralius in *Hist. Pomeran.* (8) W. Iustus ei quoq; tribuit *Mech-*
tildem filiam, uxorem tertiam Ottonis IV. Imp. Sed præter
Beatricem Svecicam & *Mariam* Brabantinam non aliam re-
 perimus Ottonis IV. conjugem.

XXVII. Fratri igitur successit OTTO IV. *Sagitta-*
rius, sive *cum telo*, idcirco dictus, quod in obsidione Stas-
 for-

fordiæ sagitta caput ictus, toto anno eandem omnibus
 conspicuam in vulnere circumtulit. (1) Hic inprimis
 Wenceslao Bohemiæ Regi auctor fuit invadendæ Polo-
 niæ: quod tam feliciter processit, ut Primislaus in baccha-
 nalibus opprimeretur. (2) Ac tum Marchiones Branden-
 burgenses commodis suis intenti magnam Poloniæ finiti-
 mæ partem ad novam Marchiam protraxere. Boleslæi
 quoque Masoviæ Ducis Primislaum ulturi conatus frege-
 re. Otto hic Cilanam arcem in ditione Sternbergica a
 Polonis everfam instauravit, (3) & Minoritarum cœno-
 bium Paswalcæ in Pomerania fundavit. (4) Templini in
 1308. Marchia decessit anno cccccviii. (5) Nullos ex *Heilwige*
 Iohannis Holfatiæ Comitiss filia (6) reliquit liberos. Suc-
 cessit ei frater *Conradus*.

(1) Otto *cum telo* (Der Margraff mit dem Pfeil) vocatur a Suf-
 frido Misnensi p. 703. De eo Henricus Rosla: *Marchio ma-*
gnanimus signatus arundine frontem. A Krantzio *Wandal. lib.*
VII. c. XXVII. Cuspiniano in *Adolpho Imp. pag. 356.* Spangen-
 bergio *cap. CCLXV.* male hoc ad Iohannem Marchionem
 refertur. (2) Krantzius *Wandal. lib. VII. cap. XL.* Hagecius
Histor. Bohem. part. I. fol. 355. b. Dubravius *Hist. Bojem. lib. XVIII.*
p. 173. Cromerus *Histor. Polon. lib. XI. p. 575.* Bzovius *ad ann.*
cccccxcv. num. XX. Ioach. Pastorius *Flori Polonici lib. II. cap.*
XV. pag. 98. Hartknochius *de Rep. Polon. lib. I. cap. V. pag. 85.*
 ubi tamen hæc ad Ottonem *Longum* referuntur. (3) W. Iu-
 stus. (4) Brotufius *l. II. c. X. f. 48. b.* W. Iustus. (5) Hoc ex
 antiquorum monumentis designat Abrah. Bucholzerus in
Chronologia: eundemque annum habet Brotufius: sed
 Bernwaldis mortuum, & Chorini sepultum tradit. In loco
 mortis & sepulturæ consentit W. Iustus: cui tamen, ut &
 Spenero, ac Sigism. a Birken annus mortualis est ccccc-
 xcvi. (6) *Heilwigen* nominavimus Ottonis uxorem, secuti
 fidem diplomatis Gerhardi & Iohannis, Holfatiæ Comitum
 ab

ab H. Meibomio allati in *Notis ad Lerbecium* p.69. Brotufius
 vocat *Elicham*, W. Iustus *Zillekam*, Spenerus *Elisabetham*.

XXVIII. *ERICVS* Iohannis I. filius, Colonienfis &
 Halberftadienfis Canonicus, idemque major Præpofitus
 Magdeburgenfis, poft Conradi Sternbergenfis obitum an-
 no CIOCCCLXXVIII. a parte Canonicorum electus Archie-
 pifcopus, una cum amulo Buffone, Dynafta Querfurtenfis
 votis excidit. Nam atrox, quod inde natum fuit bellum,
 ita eft compofitum, ut uterque accepta pecunia sponte
 cederet *Gunthero*, Comiti de Swalenberg. (1) Haec con-
 tumeliam Erico fratri, ut putabant, illatam Iohannes &
 Otto ulturi, bellum aduerfus Guntherum renouarunt:
 quo Otto captus, & Magdeburgum abductus, feptingentis
 marcis fe redemit. (2) Guntherus autem Marchionibus
 denuo litem moventibus, pedum depofuit, quod per Ca-
 nonicorum fuffragia recepit *Bernbardus*, Comes de Wel-
 pa: qui itidem a Marchionibus exagitatus an. CIOCCCLXXXIII.
 obiit. (3) Sic igitur voti compof factus eft Ericus: fed civi-
 bus admodum indignantibus, quos per proxima bella non
 parum afflixerat. Vix urbem intraverat, cum illico in
 eum infurgerent cives, ut prope jam circumventus agre-
 cymba aufugerit Wolmerftadium. (4) Poftea tamen hu-
 manitate & beneficentiâ non parum fibi eos conciliavit.
 (5) Hujus rei fructum eft expertus fingularem, quando
 Herlingsbergam contra Henricum Morofum (*Mirabi-
 lem* vulgo vocant) profectus, re infeliciter gefta ab eodem
 caperetur anno CIOCCCLXXXIV. Etenim nec fratres, nec Ca-
 nonici de illo liberando multum fuere folliciti: foli cives
 ære virutum collato quingentis illum argenti marcis rede-
 merunt. (6) Nec melior ei fortuna fuit in obfidiõne
 arcis Neo-Gaterslebenfis. Nam cum durante illa
 cujã

cum Ducibus suis Calbam concessisset, oppidani eruptionem facientes, multos in urbem abduxerunt captivos: quos ut redimeret Ericus, Lusatiam oppignorare compulsus est. (7) A. c. 110000. Rudolphi Regis Comitii Erfurti celebratis adfuit. (8) Anno 110000. obsidionem & excidium Herlingsbergæ cum civibus suis promovit. (9) Sub hoc Erico Burggraviatus Magdeburgicus ab Alberto III. Saxonie Electore civitati oppignoratus postea in manus venit Capituli. (10) Ipse autem Ericus vivendi finem fecit anno 110000. (11)

(1) Krantzius *Metropol. lib. VIII. c. XXXVIII.* qui hic & alibi perperam ex Gunthero facit *Comitem Suvarth-burgensem.* Geminus error est W. Iusti in *Geneal. Brandenb.* Spangenbergius *Chron. Querfurtensis lib. IV. c. VII. pag. 340.* (2) Krantzius *Sax. l. VIII. c. XXXII. Wandalia l. VIII. c. XXXVII. seq. Metropol. d. l. & cap. XLI.* Brotufius *Geneal. Anbaltin. l. II. c. X. fol. 48. b.* Spangenberg. *l. III. c. XXVI. p. 313.* Henr. Büntingius in *Chron. Brunsvicensi fol. 99. b.* Andreas Angelus *l. II. p. 111.* ex quibus patebit, in summa lytri non convenire Scriptores. (3) Krantzius in *Sax. & Wandalia.* Centuriatores Magdeburgici. (4) Per cloacã se demississe nõ nulli scribunt. (5) Krantzius *Wand. l. VII. c. XXXVIII. Metropol. l. VIII. c. XLVIII.* (6) Hæc fere verba sunt Krantzii in *Wandalia.* Vide Ioh. Henr. Meibomii *Notas ad Rosle Herlingsbergam p. 34. 38.* (7) Krantzius in *Metrop. & Wandalia: Spenerus p. 763.* quod tamen non nisi de parte Lusatiae capiendum. (8) Continuator Lamberti Schafnab. *ad hunc annum p. 260.* Krantzius *Saxon. l. VIII. c. XXXIV.* (9) Meibomius *d. l. p. 22.* (10) Auctor discursus *von den Reichsvoigtheyen p. 127. 128.* Benjamin Leuberus *de Stapula Saxonica num. CVI. seqq.* (11) Paulus Langius in *Chron. Citiz. pag. 8. 9.* W. Iustus, Spenerus.

XXIX. ALBERTVS III. & ipse Iohannis I, filius praelio Herlingsbergensi interfuit anno 110000. (1) eodem-

demque anno improlis obiit: (2) incertum an in hoc prælio. (3)

(1) Henr. Rosla: ad quem vide *Notas Merbomianus pag. 37.*
 (2) W. Justus, Henningesius in *Genealogicis.* Spenerus habet annum antecedentem. (3) Quod tamen putat Reusnerus.

XXX. CONRADVS I. Iohannis I. filius, bellator acerrimus, (1) Dantiscum a Wratislao Castubiæ & Vandalorum in ulteriori Pomerania Principe e vinculis Mestevini fratris elapso hypothecæ nomine acceperat: quod Mestevinum offendit, qui Conrado sumtus restituens Dantiscum recepit. (2) Episcopum Brandenburgensem una cum Ottone fratre afflixit, sed postea insigni liberalitate eum demulsi. (3) Valde senex anno ccccciv. in oppido Sveti decessit, sepultus in monasterio Chorino. (4) Vxores ei assignant quatuor: I. *Constantiam*, gnatam Primislai Posnaniæ Ducis in Polonia. (5) II. *Brigittam*, filiam Diterici II. Marchionis Misniæ. (6) III. *Sophiam*, Erico VIII. Regi Daniæ genitam. IV. Nobilem Sandaviensem vel Staudensem. Ex *Sophia* filios suscepit quatuor: *Iobannem III. Woldemarum I. Conradum II. & Ottonem.* Ex Nobili Sandaviensi sustulit *Hermannum, & Henricum sine terra.* (7) Filias etiam habuit tres: *Agnetem*, Ottonis Ducis Brunsvvicensis, filii Alberti Gottingensis, conjugem: *Gertrudem*, Friderico Burggravio Norimbergensi nuptam: (8) *Elisabetham*, Alberti Senioris, Principis Anhaltini uxorem. (9)

(1) Hoc elogium ei tribuit W. Justus. (2) Anastasius Probus in *Clave Historico-Politica Electoratus Brandenburgici pag. 58.* ex Andrea Angelo. De Marchionum Brandenb. hoc tempore gestis cum Dantiscanis vid. Matthias a Michovia Chron. Polon. l. IV. c. VI. p. 138. seqq. Cromerus l. IX. p. 559. (3) Bro-

D

Bro-

Brotufius *lib. II. cap. XI. fol. 49. b.* (4) Idem, W. Justus, & Angelus. (5) Cromerus *Hist. Polon. l. IX. p. 557.* Hanc uxorem ei terram ad Wartam pro dote attulisse, scribit Brotufius: quod & tangit Spenerus *pag. 764.* (6) *Brigitam* omittit Brotufius. (7) Brotufius addit tertium filium in pueritia mortuum, cujus nomen ignorat. Sed forte est *Fridericus* a W. Justo memoratus, qui eum *in cunabulis obuisse* scribit. (8) Ab hujus obitu Brotufius eam nupsisse ait *Ordulpho Saxoniz Duc.* At nullus tum erat Dux Saxoniz hoc nomine illustris. (9) Habet illam Spenerus *p. 764.* tacent Brotufius, & W. Justus.

XXXI. *Conradus* Conradi filius, eques Ordinis Teutonici in Prussia factus, (1) anno *MDCCCLXXXIII.* exspiravit. *Otto* uxorem duxit *Helenam*, *Wilhelmi* Ducis Brunsvicensis filiam: postea Ordini Templariorum nomen dedit, ac curiam suam habuit in oppido Cilenfi ditionis Sternbergicæ, mortuus Templini anno *MDCCCVIII.* (2) *Hermannus*, Episcopus Havelbergensis orbi valedixit a. *MDCCCLXXXIII.* (3) *Henricus* cum conjuge *Agnete Sangerhusam* & nonnulla alia accepit: quibus exutus *Marebio sine terra* plerumque solitus est appellari. (4) Obiit anno *MDCCCXIII.* (aliis, quinquennio post) præter ceteros filios (5) relictis *Woldemaro II. & Johanne IV.* ultimis hujus lineæ Marchionibus ac Electoribus Brandenburgensibus: itemque *Agnete* (aliis *Sophia*) filia, quæ *Magno* Duci Brunsvicensi Sangerhusana & Landsbergam attulit. (5)

(1) Ita Brotufius. Sed W. Justus *inferum* ait *S. Johannis Ordinis Rhodiensi.* Certe *Magister Ordinis Teutonici* non fuit, quod non nemo asserit, ac jam tum id confutavit Angelus *p. 113.* (2) Hanc de *Ortone* notitiam debemus W. Justo in *Geneal. Brandenb.* Confer Brotufium *l. II. c. XII. fol. 50. a.* Angelum *l. II. pag. 122.* Sigism. a Birken ejus obitum refert in ann. *MDCCCXVI.* (3) *Hermannum* Episc. tacet W. Justus: contra

tra ex eo facit Johannis I. filium. Alium Hermannum an. cccccxviii. mortuum memorat Angelus p. 127. (4) W. Justus hunc *Henricum sine terra* non Conradi, sed Johannis I. facit filium. Rectius Brotufius & Spenerus. Spangenbergius quidem *Chron. Saxon. cap. CCLV.* & Zacharias Rivander *Chron. Thuringici p. 297.* Johannem & Ottonem III. Pium jam Sangerhusam cum aliis ad Sylvam Hartzicam bonis anno cccccxxi. accepisse tradunt: sed quomodo id sit factum, non explicant. (5) Plures filios Henricum habuisse necessum est, si (quod affirmat Chytraus) Woldemarus post sex fratres ante se defunctos decessit. Quod si autem idem est *Henricus*, qui Friderico Pulchro Austriaco contra Ludovicum V. Bavarum electo favit, adhuc vixit anno cccccxiv. Vide ejus diploma a Sigism. a Birken *lib. III. c. II. p. 269.* allatum, in quo se nominat *Brandenburgensem & Landesbergensem Marchionem.* (6) Vid. Gvilielmus Budæus, Medicus in *vita Alberti II. Episcopi Halberstadenfis pag. 17.* Buntingius in *Chron. Brunsw. fol. 103. b.* Henricus Eckfortmius in *Chron. Walckemredensi pag. 60.*

XXXII. Restat ut dicamus de IOHANNI III. & WOLDEMARO I. Conradi I. filii. IOHANNI bellum intercessit cum Friderico Admorfo & Diterico fratribus Misnia Marchionibus, quorum patri Alberto Degeneri filios hereditate privaturo ferebat opem: (1) dissensio tamen pactis utrinque tolerabilibus sublata: Iohanne anno cccccv. Sandavia mortuo, nullis ex uxore Cattimeliboensi relictis liberis. (2)

(1) Vid. Auctor de Landgraviis Thuringia *cap. LXXXVII. p. 936.* Spangenbergius *Chron. Saxon. cap. CCLXX. p. 456. seqq.* Angelus *l. II. p. 115. seqq.* (2) Brotufius *lib. II. cap. XII. fol. 50. a.* Angelus *p. 121.* Spenerus *p. 764.* Mirum igitur, qui W. Justus ei tribuat *Johannem Illustrum*: de quo diximus *p. XXV.*

XXXIII. Postea inter WOLDEMARVM I. & Fri-
D 2 deri-

dericum Admorsum recruduit bellum: quo tandem Friderico captus tamdiu fuit detentus, donec scripto diplomate oppidis aliquot renunciaret. Huic fidē adhibere negabant Proceres, nisi Principis voluntatem coram cognoscerent. Hunc adductum, vi armata Brandenburgensibus extorserunt Misnenses, quorum duces Rehefeldii familiae suae Löferiorum nomen intulere. Captus etiam Albertus Anhaltinus pacta Elisabetha sponsa Friderici filia carere necessum habuit. (1) Woldemarus porro bellum gessit cum Rudolpho Saxoniae Electore, a quo victus cum a Briezenfibus reciperetur, iis *Fidelium* cognomen dedit. (2) Etiam cum Meklenburgensibus ad Stargardiam gravi praelio certavit, & Misniae Marchionibus Lusatiam ademit. (3) Porro fratribus bellum fuit cum Ottone Duce Pomeraniae, summa primum celeritate ac felicitate, quae postea inclinavit, gestum, multaque Pomeranis erepta, restituta sunt. (4) An perse, an per legatum in Regem elegerit Ludovicum V. (IV) Bavarum, nondum liquido constat. (5) Tandem Woldemarus I. anno CIOCCCXIX. sub initium belli Danici vita concessit. (6) Sepultus in coenobio Chorino. (7) Ex *Agnete* Hermanni Longi filia genuit *Hedwigem*, Henrici Iunioris Ducis Brunsvvicensis uxorem, (8) & *Catharinam*, primo Magno Torquato, dein Alberto, Saxoniae Duci nuptam.

(1) Auctor *Additionum ad Lambertum* anno CIOCCCXII. p. 263. Auctor *Historiae Landgrav. Thuringiae* cap. LXXXVI. p. 936. Brotius *Geneal. Anhalt. l. II. c. XIII. fol. 51. a.* Chronicon Carionis *lib. V. pag. 559.* Fabricius *Orig. Sax. l. VI. p. 631.* Spangenbergius *Chron. Saxon. cap. CCLXXIX. p. 474.* Rivander in *Chron. Thuring. p. 380.* Angelus *l. II. p. 124. seq.* (2) Brotius *d. l.* Alii hoc cognomen ad Ludovici Bavari junioris tempora referunt. Vid. Hendrichius in *Marchicis.* (3) De

De Lusatia inferiori id accipit Spenerus p. 764. Confer ea quæ diximus in *Historia Lusatia* ante hoc novennium edita §. XLI. seqq. & Albinum in *Chron. Misnensi* tit. XX. p. 253. (4) Vid. Scriptores *Histor. Pomeranica*, imprimis Micrælius. (5) Pluribus de eo disquirunt Georgius Herwartus in Ludovico IV. contra Bzovium defenso, & Sigism. a Birken in *Oesterreich. Ehren-Spiegel* lib. III. cap. II. pag. 67. seqq. ubi putat hæc ad Woldemarum II. referenda. (6) Krantzius *Wandal.* lib. VIII. cap. III. Angelus l. II. p. 127. (7) Albertus Argentinenfis in *Chron.* p. 121. Naucerus in *Cronogr.* Pontanus *Historiæ Danicæ* lib. VII. pag. 427. qui tamen male hunc Woldemarum pro postremo stirpis Antaltinæ Marchione venditat: in quem lapidem & alium egere. Brotius d. l. W. Justus. (8) *Hedwigem* vocavimus, secuti Joh. Letznerum *Chronici Dasseliani* lib. III. cap. XI. fol. 82. a. W. Justus & Spenerus vocant *Helenam*. Brotius autem *Helenam* Magno Torquato, *Cathariam* Henrico sociat: ac porro fallitur quando Magnum & Henricum pro fratribus venditat.

XXXIV. Quod igitur Iohannes III. omni, Woldemarus mascula careret prole, hæreditas cum Electorali dignitate pervenit ad WOLDEMARVM II. & IOHANNEM IV. Henrici *sine terra* filios.

XXXV. WOLDEMARVS II. implicitus fuit bellis Meklenburgicis, quæ ex castellis Warnemundanis originem traxere. Opem Woldemaro ferebant Otto & Woldemarus Pomeraniæ Duces, a quibus Witzlaus, Princeps Rugiæ, sub Erici VII. Daniæ Regis, & sociorum, Henrici Meklenburgici, Gerhardi & Iohannis Holsatiæ Comitum signis militans, pacem petere, & conditionibus pro victorum arbitrio latis acquiescere cogitur. At Witzlaus vindictæ cupidus, Erico Regi se denuo sacramento obstringens, Stralsundam Brandenburgensi Marchioni

foedere junctam gravi obsidione premit. Deo vero urbem protegente (quæ verba sunt Chytræi 1) consilia hostium & robur cordium langvescente , terribilis illa Regum & Principum conjuncta expeditio , quæ tantam universi Aetoi orbis de se expectationem concitavit , in fumum tandem abiit. Obiit autem Woldemarus anno CIOCCCXXII.

1322.

Primislavia sepultus. (2) nullos relinquens liberos.

(1) Saxonia lib. I. pag. 135. Confer Krantzius Wandal. lib. VII. cap. V. Saxon. lib. IX. cap. XXXIV. Pontanum Hist. Dan. l. VII. p. 417. (2) Brotufius l. II. c. XI. f. 92. b. & c. XIV. f. 51. b. Chytræus p. 38. W. Justus: qui tamen sibi non constat in genealogia Woldemarorum. Nam ex nostro facit Woldemarum I.

XXXVI. Woldemarum quatuordecim diebus post secutus frater IOHANNES IV. (1) qui cum ex duabus uxoribus Ingelburga (2) Meklenburgica & Helena Lufatica (3) nullos idem genuisset liberos , univèrsa illa Marchionum Brandenburgensium familia , quæ a medio sæculo XII. pene per ducentos annos floruerat , exaruit : licet paulo ante novendecim Marchiones viverent : (4) quos aliquando Ratenavia de modica hæreditate questuros convenisse ferunt. (5)

(1) Alii Woldemarum ante hunc Johannem obiisse volunt. Nos secuti sumus Brotufium , qui tamen male successorem ejus Hermannum Ottonis Longi filium , ac ultimum porro hujus lineæ Electorem tradit Johannem IV. Hermannum natum. Nostræ sententiæ etiam favent Angelus l. II. p. 129. Joh. Cernitius in Historia Electorum Brandenb. p. 2. Reusnerus Sag. Hist. p. 581. Sigism. a Birken l. III. c. IV. p. 292. (2) Quidam vocant Engelbertam. (3) Brotufius ait , uxorem habuisse ex Ducibus Clogoviensibus. l. II. c. XI. (4) Krantzius Saxon. lib. IX. c. XXXIV. Wandalæ lib. VIII. cap. III. Peucerus Chron. Carion. lib. V. p. 600. Hendrichius in Marchicis.

XXXVII.

XXXVII. Exin successionem in Marchia ac Electoratu Brandenburgico sibi deberi contendebat *Albertus Junior*, Princeps Anhaltine & Marchicæ familiae factorem referret. (1) Verum Ludovicus V. (aliis IV.) Bavarus Rex Germaniæ ac Imperator vacans Marchiæ feudum cum Electoratu concessit majori filio LVDOVICO, (2) eidemque solennem investituram confert Numburgi anno MCCCXXIX. (3)

1329.

(1) Imo jam ipse Woldemarus hanc hereditatem assignarat Anhaltinis, inque eorum verba subditos adgerat, si sine alio herede moreretur. Vid. Pencerus in *Chron. Carion. d. l. Pezelius Mellicis Hist. parte III. p. 270. Spenerus p. 765.*
 (2) Henricus Rebdorfienfis in *Chron. ad an. MCCCXXII p. 424. Chronicon Elwangenfe ad ann. MCCCXXIV. p. 478. Albertus Argentinenfis p. 121. Nauclerus in Chorograph. Generat. XLIV. f. 247. a. Krantzius Saxon. lib. IX. cap. XXXIV. Wandal. lib. VIII. cap. III. Cuspinianus in Ludovico Imp. p. 374. Brotufius Genealog. Anhalt. lib. III. c. I. qui tamen falso putat Ludovicum Cæsarem Ludovico Romano marchiam contulisse. Hoc autem inter alia crimina Ludovico objicit Johannes XXII. Papa, ad Aymericum Archiepiscopum Ravennatenfem scribens: quod Marchionatum Brandenburgensem primogenitosuo de facto publice comulerit. (3) Krantzius in *Wandalia d. l. Solenni Principum conventu in Numburgo habito, Ludovicus Romanorum rex Ludovicum filium suum de marchionatu investivit. Male W. Justus hoc in ann. MCCCXXIX. refert.**

XXXVIII. Hunc LVDOVICVM valde exagitavit impostor Iacobus Rebeck (Jäfel Rebeck) molitor, Woldemarum I. cujus nomen & merita Brandenburgensibus gratissima fuerant, mentitus, tantoque vulgi favore exceptus, ut ei complura castra & oppida dederentur. Accesfit frequens nobilitas, postquam Saxones, Pomerani,
 & An-

& Anhaltini, itemque Otto Archiepiscopus Magdeburgensis, Albertus & Iohannes Meklenburgici Pseudo-Woldemarum in asserenda marchia strenue adjuverant, ut Ludovicus etiam Woldemari III. affinis Regis Daniæ opem necessum haberet implorare, qui Meklenburgica mari Balthico vicina vastat, ab Alberto tamen repulsus. Cumque ingenti collecto exercitu Pseudo-Woldemaro se opponeret Ludovicus, Carolus IV. isti non dubitavit auxilium ferre, suoque convictu ac familiaritate dignari: jamque res ad prælium spectabat, quando proceres Ludovici a Carolo corrupti Dominum deterrerent. *

* De hoc Pseudo-Woldemaro & rebus cum illo gestis legendi Henricus Rebdorfius & Albertus Argentinenfis d. l. Auctor de Landgraviis Thuringiæ cap. CII. p. 941. Engelhusius in Chronico pag. 270. Krantzius Wandalic lib. VII. cap. XI. III. XXII. Cuspinianus in Carolo IV. p. 383. Aventinus lib. VII. p. 487. Hagecius Histor. Bohem. parte II. f. 6. b. seq. Dubravius Histor. Bojem. lib. XXII. p. 207. Brotufius lib. III. c. II. fol. 55. seq. Peucerus in Chron. Carion. l. IV. p. 600. Wolffg. Justus in Genealog. Brandenb. & in Chron. urbis Francofurt. p. 50. seqq. Petrus Albinus in Chron. Misn. p. 409. Spangenbergius Chron. Saxon. cap. CCLXXXVI. p. 486. Chytraeus Saxon. l. I. p. 38. Andreas Angelus Chron. March. l. II. p. 153. Dresserus Ifagog. Histor. part. II. millen. VI. p. 484. f. Joh. Ifacius Pontanus Histor. Danicæ l. VIII. p. 473. 477. Henr. Meibomius in Notis ad Lerbecium pag. 76. Micrælius part. I. Histor. Pomeran. p. 338. & ex eo Auctor Topographiæ superioris Saxoniz pag. 40. in Dessavia. C. Theod. Schofferus in Descript. Marchiz c. XIX. Cernitius p. 2. Balbinus Eptom. Rer. Bohem. l. III. c. XXI. p. 384.

XXXIX. Ludovicus demum motuum pertæsus Brandenburgensem Marchiam cum Electorali dignitate fratri LVDOVICO Romano (1) concessit, anno MCCCCLI. Habebat Ludovicus ab obitu Patris insignia regni Germanici

nici & famosas illas reliquias in manibus. Hæc, svasu Palatini, qui socer erat Caroli, pro redimenda pace, ac quietâ Marchionatus Brandenburgici possessione Carolo IV. reddidit, eoque solennem Marchiæ investituram a Carolo Norimberga impetravit. (2)

(1) Sic dictus est, quia Romæ natus anno CI CCCXXVIII. Andreas Presb. Ratisbon. in *Chron. Bavariæ* p. 82. *Romerum* vocat Albertus Argentinensis p. 105. *Romulum* Krantzius *Saxon.* l. IX. c. XXXIV. *Wandal.* l. IX. c. XXXI. & in *Historia Danica* Pontanus. (2) Naclerus in *Chronogr.* fol. 255. a. Krantzius *Wandal.* l. VIII. c. XVIII. Aventinus l. VII. p. 492. Dubravius d. l. pag. 208. ex eo Browerus *Annal. Trevirens.* lib. XVII. pag. 221. Male Brotufius lib. III. c. p. III. hunc statim a Woldemari excessu Marchiam putat indeptum. Plura de hoc Marchione vide in W. Justi *Descript. Francofurti* c. V. p. 54. seqq.

XL. Cum Ludovicus Romanus anno CI CCCCLXVI. 1366.

(1) improlis decederet, Marchiam Brandenburgensem indeptus frater ejus OTTO Dux Bavariæ, (2) qui *Meinbardo*, Ludovici senioris filio Electoralem dignitatem præripuit. (3) Sed Otto an. CI CCCCLXXIII. Marchiam pro 1373. ducentis aureorum Vngaricorum millibus vendidit Carolo IV. socero, & pecuniam cum Gretula amalia, pistoris uxore, in deliciis consumpsit. (5)

(1) Andreas Angelus l. II. p. 159. ubi dissentientes refutat. (2) Henricus Rebdorf. *ad ann.* CI CCCCL. p. 476. f. Mirum, qui ejus progeniem ignoret Krantzius *Saxon.* lib. IX. c. XXXIV. Videatur præ ceteris Cernitius, cui plurimum in historia Brandenburgica tribuendum. (3) Rebdorfius tamen vocat hunc Meinhardum *Marchionem Brandenburgensem*, pag. 452. Vide de hoc Meinhardo Andream Ratisb. in *Chron.* pag. 84. 85. (4) Andreas Ratisb. pag. 87. Krantzius *Saxon.* d. l. *Wandal.* l. IX. c. X. Tritthemius in *Chron. Spanheim.* pag. 334. Aventinus l. VII. p. 490. Dubravius lib. XXII. p. 23. ubi *gran-*

dem pecuniam vocat: quæ sane, si rem emptam respexeris, non erat. Chron. Carionis p. 601. W. Justus in *Geneal.* & *Chron. Francof. cap. I. pag. 1.* Spangenberg. c. CCXCIV. pag. 500. Pezelius *Mellic. part. III. p. 271.* Dresserus p. 484. Fallitur ergo Nauclerus, qui putat Ludovicum Marchionem Carolo Marchiam vendidisse. Brotufius, *lib. III. c. IV.* discordia inter focerum & generum enata, hunc exutum tradit, marchia. Vid. Hagecius *part. II. f. 40. b.* Balbinus *Epit. rerum Boh. l. III. c. XXI. p. 379. 384.* (5) Aventinus d. l. Otto genio indulget, pecuniam ab Augusto acceptam prodigit, Gretulam pistoris uxorem adamat: quippe mola aquaria castello (Wolffstein) subdita etiam nunc Gretularia inde cognominari solet. Hieron. Henninges *Operis Genealog. II. & III. regni in IV. Monarchia parte priori p. 199.* Angelus l. II. p. 162.

1376.

XLI. CAROLVS IV. qui anno CIÖCCCLXXVI. Tangermundæ arcem, & insigne sacrarium condidit, (1) Marchiam ad WENCESLAVM filium, hic ab obitu Patris, ad fratrem SIGISMVNDVM anno CIÖCCCLXXVIII. transmisit. (2)

1378.

(1) Chytræus l. I. *Saxon. p. 39.* Angelus l. II. p. 163. Schofferus in *Descript. Marchiæ c. V.* Balbinus d. l. p. 379. (2) Mirum hic variant Historici. Quidam Johannem Henricum Caroli IV. fratrem Marchiam accepisse, & ad Jodocum filium, transmisisse putant. Ita Irenicus *Exegef. German. lib. III. c. LVII.* Cuspinianus in *Jodoco Barbato p. 390.* Alii Carolum IV. Sigismundo filio legasse vel donasse tradunt Marchiam. In his sunt Wolfg. Hungerus in *Annotation. ad Cuspinianum p. 689.* Dubravius l. XXI. p. 215. l. XXV. p. 237. Peuceus in *Chron. Carionis p. 601. 611.* Brotufius *lib. III. c. V. f. 59. b.* Chytræus in *brevi Chronologia p. 546.* etiam Johannem Caroli IV. filium vocat *Lusatia & novæ Marchiæ Brandenburgensis Marchionem, Ducem Gorlicensem.* Imo hunc Johannem vivo adhuc patre Marchionatum Brandenb. & Lusatiam accepisse, refert Hagecius *part. II. f. 45. b.* Idem tamen postea f. 50. a. ad an. CIÖCCCLXXXVI. scribit, Sigismundum
Iohan-

Iohanni fratri Marchiam permisisse, idque assentiente Wenceslao Imp. Priora quadamtenus conciliaveris ex sequentibus Benesi a Balbino p. 384. laudatis: *Tum petente Ortone, investivit Carolus per banderias filios suos Wenceslaum, Sigismundum, & Joannem,isque deficientibus Marchiones Moraviae, D. Johannem & filios, Jodocum, Joannem & Procopium: ut adeo tam Johannes, quam ceteri Caroli IV. filii, itemque Marchiones Moraviae ad Marchiam Brandenb. jus acceperint. Confer Wencesl. Hagecium part. II. fol. 40. b.*

XLII. A Sigismundo Mariam uxorem ab Vngaris captam liberaturo Marchiam Brandenburgicam acceperunt IODOCVS & PROCOPIVS fratres, Moraviae Marchiones: (1) a Iodoco ejus gener WILHELMVS Vnocius, Thuringia Landgravius, (2) a quo anno CIOCCOXXI. 1411. redemit SIGISMVNDVS Imp. (3)

(1) Krantzius *Wandal. l. IX. c. XXIV. l. X. c. XXX. Saxon. l. X. c. XV. Dubravius l. XXIII. p. 220. Angelus l. II. p. 169. Dresserus p. 486.* (2) Krantzius *Wand. l. IX. c. XXXI. c. XXXVIII. Saxon. l. X. c. XVI. Brotufius lib. III. c. VI. f. 59. a. Angelus l. II. p. 188. Pontanus Hist. Dan. l. IX. p. 522. Cernitius p. 16. Chytraeus in brevi Chronol. p. 556. Vide P. Albinum Chron. Misn. tit. XV. p. 204. ubi ad diplomata provocat, in quibus se potentem procuratorem veteris & novae marchiae (einen mächtigen Versteher der alten und neuen March) nominasse scribit. Idem notat errorem illorum, qui haec ad *Wilhelmum Junioem* cognom. *Divitem* referunt. In his est W. Justus in *Genealogia Brandenb. Elias Reusnerus in Isagoge Histor. pag. 582.* (3) Krantzius *d. l. Brotufius l. III. c. VI. f. 59. Angelus ex Engelberto Wustrowitz. Fabricius Orig. Saxon. l. VI. pag. 681. Dresserus d. l. Andreas Ratisb. non satis hic est accuratus, quem vide p. 97. Pezelius Mellif. Histor. part. III. p. 271.**

XLIII. Sigismundus deinde ob ingentia merita, & egregiam in bellis Bohemicis & Vngaricis praestitam operam, concessit FRIDERICO VI. Burggravio Norimber-

genſi, (1) intercedente ſtipulatione quadringentorum, millium aureorum, (2) adjectaque conditione, ut, ſi filius Imperatori aut fratri Wenceslao naſceretur, Marchiam cum Electoratu redderet; ſi minus, utrumque Fridericus retineret. Igitur conſentientibus reliquis Electoribus Fridericus inveſtituram impetravit in Concilio Conſtantiensi anno MCCCXXVII. (3)

1417.

(1) Krantzius *Wandal.* lib. IX. c. XXXVIII. (2) Non igitur Carolus IV. Friderico Burggravio dono dedit marchiam: uti tradunt Hartmannus Schedelius in *Chron. Norib.* fol. 239. in *historia Sigismundi*, & Dubravius *Histor. Bojem.* lib. XXVI. p. 254. Rectius venditam Friderico Marchiam ſcribunt Irenicus *Execes. German.* lib. III. c. LVII. Thomas Jordanus in *Annotat. ad Dubravium* p. 255. Cuspinianus in *Iodoco* p. 390. Brotufius l. III. c. VII. Rein. Reineccius *Orig. ſtyris Brandeburgica* p. 31. Spenerus p. 421. Renschelius in *Brandenb. Stammbaum* pag. 20. Bene tamen addit Peucerus in *Chron. Carionis* lib. V. p. 628. in hac venditione non tam pretium ſpectatum, quam remunerationem virtutis ac meritum Friderici, qui pro Sigismundo contra Ungaros & Boemos & ſapienter plurima conſuluerat, & magna pericula ſortiter adierat: quæ verba exſcribit Pontanus *Hiſt. Dan.* l. IX. p. 542. (3) Andreas Ratisbon. in *Chron.* p. 90. Auſtor de Monaster. Bavariz pone Andree Ratisb. *Chronicon.* p. 211. Krantzius *Saxon.* lib. XI. cap. I. Paulus Langius in *Chron. Citiyeniſi* p. 851. Brotufius d. l. W. Juſtus in *Geneal.* Henr. Pantaleon in *Chronographia Eccleſie* p. 113. Martinus Cruſius in *Svevicor. Annal. Paralipomenis* p. 14. Curæus in *Hiſtor. Siles.* p. 124. Dreſſerus p. 486. Limnæus l. V. c. VII. §. LXXXII. Sigism. a Birken in *Deſterr. Ehren Spiegel.* lib. IV. c. V. p. 427. Inveſtituræ ſolennia deſcribit Nauclerus in *Chronographia Generat.* 48. fol. 278. 279. quem ſequuntur Angelus l. III. p. 196. Cernitius p. 18. Rentschius in *Brandenb. Cederhein.* p. 75.

XLIV. Burggravorum hæc Norimbergensium familia, ex qua Fridericus I, Elector oriundus, ſatores habuit anti-

antiquos Comites de Zölleren: ex quibus *Conradus* sæculo XII. floruit: unde per *Fridericum I.* Conradum II. *Fridericum II.* *Fridericum III.* *Fridericum IV.* *Iohannem,* *Fridericum V.* ad *Fridericum VI.* recta descendit stemmatis linea. *

* De his *Friderici VI.* progenitoribus, ac illustri Burggraviorum Norimbergensium familia præ ceteris legendi *Reineri Reineccii Origines Stirpis Brandenburgica,* *Georgii Sigfridi Genealogia Marchionum Brandenburg.* *Joh. Cernitius disquisitione de Originibus Burggravior. Norimberg. Historia X. Elector. Brandenburg. præmissa.* *Georgii Caspar. Kirchmaieri Prof. Witteb. Disp. de Originibus Hohenzollerano-Brandenburgicis.* *Georgii Christoph. Renschelii Brandenburg. Stammbaum/ Johann Melchior Wildensens Brandenburgisch. Genealogischer Lust-Wald/ Joh. Wolff. Deutschen Brandenburg. Ceder-Hein/ qui doctissimus ac elegantissimus liber Baruthi anno MDCC LXXXII. prodit. Non tamen omnia sic certa fatis sunt in hac Genealogia: quod imprimis Cernitium intuenti patebit. Is enim ex *Friderico I. Electore* quartum facit hujus nominis Burggravium.*

XLV. Hic FRIDERICVS I. circa annum MCCCC LXXII. ex *Elisabetha,* *Friderici Gravis, Misniæ Marchionis* filia natus, rebus gestis contra prædones Francicos, & Marchicos, Mediolanenses Vice-Comites, Bohemos Sigismundo rebelles, Rotenburgenses ad Tuberam turbantes, inclutus, primo vices Sigismundi in Marchia sustinuit, (1) ac postea Marchiam ipsam cum dignitate Electorali ab eodem impetravit, Coloniaeque arcem ad Spream condidit, (2) Et quamvis primum non nisi vetus & media Marchia Electorali scepro se submitterent, aliquanto tamen post expugnata nova Angermunda & Primislavia, Vkaromarchiam Pomeranis Ducis extorsit. (3) Ut pactam pro Marchia pecuniam commodius solveret, Norimbergen-

1427. sibus anno CI CCC CXVII. arcem Burggravorum a Casarea arce distinctam, mox ab emtoribus everfam, & nemo-
 ra duo, consentiente Sigismundo, vendidit, servatis ta-
 men certis juribus & regalibus, in primis extra civitatem.
 (4) Mortuo Alberto, ultimo ex Ascania linea Electore
 Saxone, Wittebergam & cetera Electoralis ditionis oc-
 cupavit: quæ tamen solutis in bellicum apparatus impen-
 sis, & stipulata nurui (nam uxor filii Iohannis foror
 erat Alberti) pensione annua, Friderico Bellicoso resigna-
 vit. (5) Bello Hussitico in comitiis Norimbergensibus
 militiæ Dux deligitur: (6) illi vero Marchiam sæde aliquo-
 ties populantur, Francofurto etiam obsessa. (7) Cum
 Bernhardus Saxo-Lauenburgicus Prigniciam vastaret,
 Fridericus id contraria excursione, victo Bernhardo, ac
 Ertenoburgo (Atlenburgum nunc dicitur) destructo,
 1440. ulciscitur. (8) Obiit Fridericus Cadolsburgi an. CI CCC CXI.
 XXI. Septembris, sepulcrum cum uxore Elisabetha, Fride-
 rici Bavarix Ducis Landshutensis filia, Principe summe
 formosa, (9) nactus Heilsbronnæ. (10)

(1) Unde *Provisor Marchie* appellatur ab Alberto 'Argentin.
Supremus provisor & advocatus Marchie a Paulo Langio *ad*
ann. CI CCC CXII. Procurator Marchionis Brandenburg. ab E-
 mundo in *Magno Chron. Belgico pag. 356.* & Engelhusio in
Chron. pag. 293. Summus præfectus Marchie a W. Justo. Vid.
 Angelus l. II. p. 189. Cernitius p. 17. (2) Auctor Chron. Sla-
 vici f. 31. a. Krantzius *Wandal. l. XII. c. X.* W. Justo in *G. B.*
Reineccius p. 31. Dresserus p. 486. Diepholdius p. 75. (3)
 Spenerus *d. l. Angelus l. III. p. 208. Rentschius im Br.*
Ceder-Hein c. IV. p. 78. 362. (4) Andreas Ratisb. in *Chron. p.*
104. Dresserus p. 486. & de Germ. Tribus, in Noriberga pag. 472.
 Sigism. a Birken p. 427. Spenerus p. 422. Rentschius p. 104.
 Angelus lib. III. p. 201. & p. 207. Schosserus in *Descr. Marchie*
cap. VIII. Cernitius p. 19. 20. Tria id propter distincta con-
 secta

fecta sunt instrumenta, quorum summam recitat Lim-
 næus *Juris publ. l. IV. c. IV.* Vide eundem *l. V. c. VII. §. 12.*
 (5) Peucerus in *Chron. Carionis pag. 628.* Albinus *Chron. Misn.*
tit. XVI. p. 209. f. Reineccius p. 31. Dresserus p. 486. Cerni-
tius p. 19. 20. Spenerus p. 421. Rentschius im Br. Ceder-
Hein p. 359. f. 583. (6) Andreas Ratisbon. p. 114. 116. Aneas
Sylvius Hist. Bojem. cap. XLIV. p. 41. Cuspinianus in Sigis-
mundo p. 397. P. Langius p. 853. H. Mutius Chron. Germanor.
l. XXVII. p. 279. f. Dubravius Hist. Bojem. l. XXI l. p. 254. Bou-
*finius *Rer. Vngaricar. Dec. III. lib. III. p. 395. Zacharias Theob-**
baldus Belli Hussitici part. I. c. LXXII. p. 271. Rentschius im
*Br. Ceder-Hein p. 356. Layritzius *Orat. de Heroibus Bran-**
denburgicis. (7) Chronicon Elvvangense p. 462. Krantz-
*ius *Wand. l. XI. c. XXIII. W. Justus in Chron. Francos. c. V. p. 18.**
*Angelus lib. III. p. 210. Schofferus in *Deser. Marchie cap. XIX.**
*Pontanus *Hist. Dan. l. IX. p. 592. Cernitius p. 20. (8) Cer-**
*nitius p. 22. Spenerus *pag. 422. Perperam Krantzius *Saxon.***
lib. XI. c. XXVII. hæc ad Johannem Marchionem refert. (9)
Ob id vocabatur die schöne Elsa: Angelus lib. II. p. 190. (10)
*Chron. Elvvang. p. 462. Reineccius p. 32. Cernitius *pag. 15.**
*Renschelius im *Brandenb. Stainbaum p. 21. Heilbron-**
næ instar epitaphii sequens habetur inscriptio: Anno Do-
mini 1440. an Sanct Matthes Evangelisten Tag, da starb
der Durchleuchtigste Hochgebohrne Fürst und Herr Herr
Friedrich Marggraf zu Brandenburg des heiligen Römi-
schen Reichs Ergkammerer und Burggraf zu Nürnberg/
der hic begraben liegt/dem Gott genädig sei. Amen.

XLVI. Filios Fridericus I. genuit quatuor. IOHAN-
 NEM, FRIDERICVM *seniorem*, & ALBERTVM E-
 lectores: ut & FRIDERICVM *Juniorem*: filias se-
 ptem: I. *Elisabetham*, Ludovico Duci Lignicensi; II. *Ca-*
ciliam, Wilhelmo *Victorioso* Duci Brunswicensi; (1) III.
Magdalenam, Friderico Duci Luneburgensi nuptas: IV.
Margaretam, Alberto Sveciæ Regi, Alberti Ducis Me-
 klenb. filio desponsatam: sed cum is ante nuptias morere-
 tur,

tur, (2) Ludovico Gibboso Bavarïæ Duci , invito ipsius patre; (3) V. *Dorotheam*, Henrico Pingvi Duci Meklenburgensi, (4) VI. *Barbaram*, Iohanni Duci Oppolienfi collocatas: VII. Puellam, aliquot a nativitate mensibus extinctam. (5) Ante obitum vero pater *Friderico II.* qui proximuserat a Iohanne natu maximo, Electoralem dignitatem assignavit, utpote quem majori auctoritate & gravitate Septemviratum gesturum iudicaret: idque consentiente, ac haut indigne ferente Iohanne, Principe ingenio mitissimo, & quietis amantissimo. (6)

(1) Male Peccensteinius hunc Principem vocat *Ludovicum*. (2) Krantzius *Wandal. lib. X. c. ult. lib. XI. c. I.* W. Iustus in *Geneal. Brand. Vid. Limnaus lib. V. cap. VII.* (3) Aventinus *lib. VII. p. 509.* Rentschius in *Brandenb. Cederheyn p. 371.* Vide *Tinsin. II. Angelus l. III. p. 205.* Fallitur procul dubio Reineccius, qui post Ludovici mortem *Martino Palatino* nuptam tradit *p. 36.* W. Iustus vocat hunc Martinum, *Palatinum a Waldersfels.* Idem leges in Antonii Albizii *Genealogicis fol. 32.* Vid. Cernitius *p. 14.* (4) Krantzius *Wand. l. XI. cap. XXXIX. Saxon. l. XI. c. XI.* Angelus *l. III. p. 200.* Cernitius *p. 12.* (5) Hæc forte est *Sophia*, quam *inuptam mansisse*, refert Reineccius. Eandem memorat W. Iustus. In MS. quo usus Cernitius, mentio fit filia Norimbergæ an. cccccxvi. natæ, quæ postea femestris obierit. Vide & Angelum *l. III. p. 198.* (6) Nauclerus *Chronograph. Generat. XLVIII. f. 279. a.* Æneas Sylvius *Commentar. in dicta & facta Alphonfi Regis l. II. c. XXIX.* ex quo repetunt Peucerus *Chron. Carionis lib. V. p. 632.* Reineccius *p. 32.* Chytræus *Saxon. lib. I. p. 39.* Angelus *l. III. p. 214. f.* Cernitius in hoc *Friderico p. 23.* Ioh. Georgius Layritz in *Aberio Achille Germanico §. VII.* Rentschius in *Br. Cederheyn p. 586. seq.*

XLVII. *Iohannes* Friderici I. filius anno ccccci. natus, ob Chemiæ studium *Alchemysta* dictus (1) Patris vicibus in Marchia functus, cum Duces Pomeraniæ occupasset.

passent Primislaviam, eandem recuperavit : (2) Christophorum & Wilhelmum, Duces Meklenburgicos, Marchiæ infestos repulit. (3) A Patris obitu Voigtlandiam accepit, ac aulam fixit Plassenburgi. (4) Mortalitatem explevit Baierstorfi anno CIÖCCCLXIV. XVI. Novembris, avito Heilsbronnensi monumento illatus. (5) Ex *Barbara*, Rudolphi III. Electoris Saxonix filia genuit *Rudolphum*, in arce Trebniciana haut procul Witteberga, ubi tum mater apud parentes egit, anno CIÖCCCXXIV. natum, sed nono mense mortuum. (6) *Barbaram*, Ludovico, Iohannis Francisci, primi Mantuæ Marchionis filio nuptam. (7) *Magdalenam*, Ducis Stetinensis uxorem. (8) *Dorotheam*, duorum Daniæ Regum, Christophori III. Palatini, & Christiani I. conjugem. (9)

(1) W. Justus, Dresserus, Diepholdius, Spenerus, Renschelius, Rentschius. (2) Krantzius *Wandal. lib. XI. c. VIII. Angelus l. III. pag. 207. Cernitius pag. 20. Layritzius de Heroibus Brandenb. (3) Krantzius lib. XI. cap. IV. (4) W. Justus, Rentschius pag. 588. (5) Vbi sequens habetur inscriptio: Nach Christi Geburt MCCCC. und im LXIV. Jahr am Freitag nach S. Martin Tag / ist Todes verschieden / der Durchlechtig Hochgeborne Fürst und Herr / Herr Johannes Marggraf zu Brandenburg / und Burggraf zu Nürnberg / dem Gott gnädig sei. (6) Reineccius p. 32. Limnæus *Jur. Publ. l. V. c. VII. Angelus l. III. p. 206. pro mensibus annos sufficit. (7) Hanc Barbaram Æneas Sylvius laudat inter matronas ejus seculi forma & moribus præclaram. Limnæus d. l. ait Ludovico Mantuano desponsatam. (8) In nomine hujus Ducis dissentiunt. *Wratisslaum* vocant Justus, Reineccius & Spenerus: alii *Bogislaum*: quidam *Otonem*: Albizius *Ioachimum*. (9) Vid. Chron. Slavicum. Angelus l. III. p. 217. Pontanus *Rer. Danicar. l. X. p. 625. 633. Meursius Histor. Danica lib. V. p. 132. & lib. I. p. 5. Quas W. Justus addit, Agnetem & Elisabetham, merito cum Moningero & Rentschio expungimus,***

XLVIII. FRIDERICVM *Juniozem*, cui ob corporis molem, *Crassi*, seu *Pinguis* cognomen adhæsit (1) pater supra veterem Marchiam, (2) Friderico Seniori in communionem Electoratus dederat : quo jure tamen cessit anno CIccccXLVII. servata sibi suisque successionis expectatione. (3) Tangermundæ aulæ sedem habuit, ac anno CIccccLXIII. ibidem de vita decessit: (4) genitis ex Agnete, Barnimi VIII. Pomeraniæ Ducis filia, (5) *Magdalena*, Eitel Friderici Comitis Zollcrani, *Agneta*, Georgii Junioris Principis Anhaltini (6) conjugibus : itemque *Dorothea*, quæ juvencula obiit.

(1) Krantzius *Wandal. l. XII. c. XIV.* P. Langius in *Chron. Citiz.* p. 862. W. Justus, Reineccius, alii. (2) P. Langius *d. l. Fuit insuper & alius Fridericus, frater Alberti, qui in antiqua marchia dominabatur.* (3) Cernitius *pag. 28.* Spenerus *p. 423.* Rentschius *p. 367. f.* (4) A Tangermunda aula W. Justus eum vocat *Marchionem Tangermundensem.* Ibidem mortuum notant Spenerus & Rentschius: quibus majorem fidem habeo, ac Angelo, W. Justo, Reineccio, & Limuzo, qui scribunt *Arneburgi* id factum. Addit Reineccius, *ibidem templum ab eo fundatum.* (5) In P. Langio dele sphalma: *Cujus uxor Agnes filia Ducis Pomerania, nomine Magd.* Rescribe *Barnim.* W. Justus monet, patrem ejus ab aliis *Wartislaum* 7. vocari. Hanc *Agneta* a mariti obitu Georgio II. Principi Anhaltino nupsisse, ex Brotufii *lib. VI. c. XIII.* colligimus. Consentit W. Justus. (6) Vid. Rentschius *p. 368.*

II.
143.

XLIX. Patri autem Friderico I. in Electorali dignitate successit FRIDERICVS II. an. CIccccxiii. xix. Novembris Tangermündæ natus, ob eximiam in rebus gerendis acrimoniam *Ferratus* (vulgo *cum Ferris dentibus*) dictus. (1) In Polonia educabatur discendæ lingvæ & moribus gentis, destinatus Regis Vladislai ex filia *Hedvige* gener, & ex consensu Ordinum, nisi masculi nascerentur, in regno

regno successor, Hedvige maturius extincta, spe illa ex-
 cidit. (2) Anno MCCCXXXIV. Basileensis Concilii prote- 1434.
 ctor fuit. (3) Cum Berlinenses & Colonenses dissiderent,
 item anno MCCCXLIII. composuit, concessum pro arce 1443.
 locum accepit, & iterum turbantes multavit. (4) Anno
 sequenti Cotbusium, inferioris Lusatiae oppidum occupa- 1444.
 vit, & coercuit. (5) Vladislao mortuo anno MCCCXLVI. 1446.
 oblatum Poloniae regnum, quod Casimirus frater esset su-
 perstes, accipere recusavit. (6) Polonos & Lithuanos Fran-
 cofurtum obsidentes anno MCCCCL. depulit, tribus 1450.
 millibus eorum caesis. (7) Wilhelmo Duci Saxoniae, contra
 fratrem Fredericum Placidum Electorem adstitit, sed an- 1451.
 no --LI. ad concordiam rem deduxit. (8) Anno --LIII. in Pa- 1453.
 lestina iter facturus, *Confessionem Fidei* ante octennium
 conscriptam renovari fecit. (9) Marchiam novam Teuto-
 nico Ordini oppignoratam cum pacto retrovenditionis
 redemit anno --- LV. (10) Anno --- LXI. bellum ges- 1455.
 sit contra Georgium Regem Bohemiae ob Lusatiam in-
 feriolem ab Vladislao Rege pridem concessam, quod ita
 compositum, ut Cotbusio & oppidis aliquot retentis, reli-
 qua ad Regem redirent. (11) Cum anno LXIV. Ottone, Du- 1464.
 ce Sterini mortuo, ex antiquo pacto sibi Ducatu assereret,
 Ericus autem & Wratislaus eum occuparent, ab Imp. Fri-
 derico acceptis feudo & insignibus, cum tredecim con-
 foederatis Principibus Pomeranos aggressus multa cepit:
 illis marchiam vicissim populantibus. Casimirus Rex
 Poloniae demum pacem inter eos fecit, Pomerania ipsi
 feudi vinculo obstricta. (12) Anno --LXVII. Duces Brun- 1467.
 svvicenses ac urbes Hanseaticas Quedlinburgi concilia-
 vit: (13) eodemque anno Lubecam venit, literas oppigno-
 rationis Molnensis inspecturus. (14) Anno --LXVIII. post 1468.
 novum bellum Pomeranicum pacem in pristinas condi-
 tiones

tiones Soldini factam amplexus est. (15) Eodem anno Georgii Regis Bohemiae coronam a Paulo II. sibi oblatam accipere detrectavit. (16) Anno --LXIX. monasterium S. Catharinae Stendalii, novamque aedem parochialem condidit Coloniae, in dominicam (Dom) postea commutatam. (17) Aetate autem ingravescente, multisque curis ac laboribus fractus, Alberto fratri Electorum cum Marchicis provinciis cedens, in superiorem Burgravium se recepit, (18) annoque CIOCCCCLXXI. x. Februarii animam, caelo reddidit, ac Heilsbronnæ tumulatus est. (19)

(1) W. Justus. Reineccius p. 32. Drefferus p. 487. Cernitius p. 26. Spenerus p. 424. (2) Cromerus *Hist. Polon. lib. XVIII. p. 676.* W. Justus, Cernitius *d. l. Rentschelius p. 373.* (3) Cernitius, Spenerus p. 425. Rentschius p. 373. f. Alii tamen Wilhelmum Bavariae Ducem a Sigism. Caesare protectorem Concilii renunciatum volunt. V. Sigism. a Bircken Destr. *Ehrensiegel l. IV. c. VII. p. 455.* (4) Chron. Slavicum *ad ann. CIOCCCXLI. quod ad annum XI. III. tradit, Fridericum ad Wilsnacum oppidum cum Daniae Rege Christophoro convenisse.* Cernitius p. 26. *seqq.* Spenerus p. 425. Rentschius p. 374. (5) Cernitius *d. l. Rentschius pag. 375.* (6) Pro meritis ob id ab Aenea Sylvio laudatus in *Europa sua.* Tangunt hoc W. Justus, Reineccius, Spenerus, Layritzus. Vide etiam Cernitium *pag. 27. 28.* Rentschium p. 378. (7) W. Justus in *Chron. Francof. c. V. p. 58.* Drefferus p. 487. Cernitius p. 29. (8) Rivander in *Chron. Thuring. pag. 480. seqq.* Cernitius p. 29. Spenerus p. 425. Anton. Wecker in *der Beschreib. Dresden p. 119.* Rentschius *pag. 377.* (9) Iter Friderici in Palaestinam alii in annum huius saeculi LXIX. differunt. Confessio autem illa valde memorabilis, ac in multis vere est Evangelica: quam propterea Dn. Caspar a Lilien singulari dissertatione illustravit Baruthi edita anno CIOCCCLXXIII. Integram quoque edidit Rentschius in *Brandenb. Ceder. Heiln p. 381. seqq.* (10) Cer-

Cernitius pag. 25. 29. Limnæus l. V. c. 171. Spenerus d. l. Rentschius p. 79. & 375. Mirum id omisisse diligentissimum rerum Prussicarum scriptorem Hartknochium: qui tamen hoc anno Marchionem in Prussiam venisse memorat *part. II. c. II. pag. 316.* (11) Spenerus d. l. Tetigimus etiam in *Historia Lusatica G. L.* (12) De bello Friderici cum Pomeranis, & aliis eo pertinentibus vid. Chron. Slav. *ad an. hujus sæc. LXIV. LXIX.* Krantzius *Wand. l. XII. c. XXXIX. l. XIII. c. II. VI.* Irenicus *Exeges. Germ. l. III. c. LIX.* Chytraus *Saxon. l. I. p. 39.* Angelus l. III. p. 226. seqq. Cernitius p. 30. f. Limnæus l. V. c. VII. g. XCVIII. Diepholdius p. 75. Spenerus d. l. Pfannerus *de Principibus German. cap. IV. pag. 163.* Rentschius p. 376. f. (13) Angelus l. III. p. 227. Cernitius d. l. Rentschius pag. 377. (14) Chron. Slav. *ad ann. CIÖCCCLXV. & LXVII.* Krantzius *Wandal. l. XII. c. XXXVII.* Cernitius p. 377. (16) Cernitius d. l. Spenerus d. l. (17) Angelus l. III. p. 231. Rentschius p. 379. (18) Reineccius p. 33. Cernitius p. 31. Spenerus d. l. Rentschius p. 386. f. (19) Quæ de morbo ejus ex melancholia contracto habet Auditor Chronici Slavici *ad an. CIÖCCCLXX.* eumque sectatus Krantzius *Wand. l. XIII. c. II.* fabulosa puto Heilsbronnæ tale ejus visitur elogium: Anno Domini 1471. am Sonntag nach Scholastica Tag / ist der Durchlechtigste Hochgebohrne Fürst und Herr / Herr Fridrich Marggraf zu Brandenburg / des Heiligen Römischen Reichs Erzkämmerer und Churfürst / zu Stettin / Pommern / der Cassuben und Wenden Herzog / Burggraf zu Nürnberg und Fürst zu Nügen etc. gestorben / der unser lieben Frauen Berg zu Brandenburg gestiftet hat / daselbst man die Brüderschaft der Seelen Gesellschaft begeheth. Des Seel / und aller der Seel / die in dieser Brüderschaft verschieden seind / der Allmächtige Gott barmherzig sey.

L. Ex *Catbarina*, Friderici I. *Bellicosi* Electoris Saxonis filia, quam Wittebergæ duxit anno CIÖCCCLXII. pater factus est *Iobannis & Erasmi*, immaturo fato extincto-

rum, ac Tangermunda sepulcorum. (1) Item *Margareta*, Bogislao X. Pomeraniae Duci, (2) & *Dorothea*, Iohanni V. Saxoniae inferioris Duci nuptiarum. (3)

(1) P. Langius p. 862. W. Iustus. Solius *Iohannis* meminit Bro-
ruffius *Geneal. Anhalt. l. III. c. VIII. f. 60. b.* qui & in eo errat,
quod *Barbaram* Saxoniam ei uxorem jungat. Iohannem
adhuc an. cccccclxviii. vixisse, ex Archivo constare, an-
te Patrem tamen mortuum, scribunt Cernitius p. 24. & Li-
mnæus l. V. c. VII. (2) Hujus sponsalia cum Sigismundo
Bavaro facta sunt irrita. Rentschius p. 388. (3) Chron.
Slavicum ad an. cccccclxiv. Krantzius *Saxon. l. XII. c. IV.*
Brotuf. d. l. item l. V. c. XX. f. 86. b.

III.

- LI. Friderici II. in Electoratu successor ALBER-
TVS, Princeps bellicis artibus juxta ac insigni rerum usu
inclutus, ac ob id *Achilles Germanicus* (1) itemque *Teuto-*
1414. *nicus* *Vlysses* (2) dictus, Tangermunda anno cccccxv.
xxiv. Novembris (3) natus, bello Bohemico sub Sigismun-
do (4) ac porro Polonico, sub Alberto Caesare (5) tyroci-
1429. nia posuit: inde anno cccccxxix. Vratislaviensibus Dux
datus adversus Polonos, aliquoties cum opima praeda re-
1444. versus est. (6) Anno -- XLIV. Ludovico Gibbofo adversus
Patrem, qui cum ob Alberti sororem Margaretam se in-
viro ductam exheredare volebat, adstitit, patremque ce-
pit, & Henrico ejus patrueli pro impensis bellicis tradidit.
1448. (7) Anno -- XLVIII. ferale bellum Norimbergense coepit,
quo octo praëliis victor, nono victus quidem, sed tantum
detrimentum dedit hostibus, ut pacem flagitare, quam
1459. bellum persequi maluerint. (8) Anno -- LIX. facto inter
ipsum & Ludovicum Bavarum foedere, Bavari & Palatini
Onoldinum provinciale forum agnoscere compulsi: id
quod postea novo bello faces subdidit, in quo Albertus
Manhemium & alia castra occupavit. (9) In bello Mo-
guntino

guntino Adolpho Nassovio contra Ditericum Isenburgium, Fridericum Palatinum, & Ludovicum Bavarum adfuit, annoque --- LXI. ab Imperatore belli dux constitutus, 1461.
 sequenti anno ad Giengam vincitur. (10) Anno --- LXX. 1470.
 successor fratris, a Pomeranis impetrat, ut Stetinensem & Pomeraniæ ducatus, cujus insignia & titulos, & quæ tenebat, loca servabat, a se in feudum acciperent, accedente Cæsarea confirmatione: cumque Erico mortuo Bogislaus filius homagium negaret, recrudit bellum; quod brevi fuit compositum. (11) Anno -- LXXI. imperialium copiarum 1471.
 ad Novesium contra Carolum Burgundum dux fuit. (12) Auctor quoque fertur pactorum de mutua confraternitate inter Saxones, Brandenburgicos & Hassos an. LXXIII. 1473.
 (13) Anno --- LXXXI. enata inter ipsum & Bambergensem Episcopum lite, cum sacra ex anathemate quiescerent, mascule retudit hæc fulmina. (14) Demum anno CIOCCCC-
 LXXXVI. cum jam a decennio *Jobanni* filio administratio- 1486.
 nem electoralem tradidisset, ejusque actiones in Franconia Friderico filio assignata, tanquam ex pharo prospexisset, (15) in comitiis Francofurtensibus, quibus Maximilianus I. electus, in cœnobio Prædicatorum, xi. Maji obdormivit. (16) Viscera ibidem recondita, corpore reliquo Heilsbronnæ translato: ubi calvaria nullis in continuo osse futuris distincta, tiliarumque ossa longitudinis insolitæ diu ostensa, anno demum CIOCCXXXII. in monumento gentilitio sunt recondita. (17) Miles fortissimus & imperterritus, & hastiludiorum peritissimus, in quibus nunquam equo dejectus, vel aliquo damno affectus fuit.

(18)

(1) Quod nomen accepit a Pio II. qui ante Pontificatū dictus Aeneas Sylvius Piccolomineus. Peucerus in *Chron. Carion.*

l. V. p. 678. Reineccius p. 33. Lundorpius continuati Sleidani l.

XXXI.

XXXI. p. 816. ob excelsi animi magnitudinem, & fortitudinis bellicae
 praestantiam Achillem Germanicum Itali indigitarunt. (2) Spene-
 rus prius elogium a Paulo II. posterius a Pio II. profectum
 putat p. 426. Vtrumque Pio II. tribuunt W. Iustus & Dres-
 ferus p. 489. (3) Fallitur ergo Angelus, qui XIX. Septembris;
 item W. Iustus, Eberus, & Seifridus, qui XIX. Novembris
 natum volunt. Vid. Layritzus in *hujus Electoris vita* §. IX.
 Rentschius p. 389. (4) Cuspinianus in *Sigismundo*, Spene-
 rus p. 427. (5) Æn. Sylvius *Hist. Bojem.* c. LV. p. 57. (6) Cerni-
 tius p. 34. Spenerus d. l. Layritzus §. XIV. Rentschius p.
 390. f. (7) Hartm. Schedelius in *Chron. Norimb.* f. 251. b. Le-
 onhardus Pauholtz in *Continuat. Chron. Andreae Presb. Ra-*
tisb. p. 145. Aventinus *lib. VII.* p. 511. ubi tamen Ludovicum
 Bavarum ab ipso filio captum, sed Alberto Marchioni tra-
 ditum scribit. Chytraeus *Saxon. l. V.* p. 139. Angelus l. III. p.
 216. Cernitius p. 34. Spenerus d. l. Layritzus §. XVI. Ren-
 schius p. 392. (8) De hoc bello Norimbergenfi multis pra-
 liis nobilitato, legendi Chronicon Elvvangense anno
 CIOCCCXLIX. & seqq. p. 463. f. Æn. Sylvius *Comm. ad dicta Alfonsi*
l. II. c. XXV. Hartm. Schedelius d. l. Auctor *Chron. Slav. di-*
Elo anno. Krantzius *Saxon. lib. II. c. XXXII.* Tritthemius in
Chron. Sponh. p. 366. P. Langius in *Chron. Citiz.* p. 862. Crusius
Annal. Suev. part. III. l. VII. c. VII. VIII. IX. Reineccius *Orig.*
Brandenb. p. 33. 34. Fabricius *Orig. Saxon. l. VII.* p. 715. Angelus
 l. III. p. 220. 222. Cernitius p. 35. Drefferus p. 489. & *de Germ.*
urbibus p. 473. Sigism. a Bircken im *Osterr. Ehren-Spiegel*
 l. V. c. VI. p. 569. Spenerus d. l. Layritzus §. XXI. Rentschius
 p. 393. seqq. (9) Idem Rentschius p. 403. 407. Vide de hoc bel-
 lo Leonh. Pauholtz d. l. p. 150. seqq. Tritthemium in *Chron.*
Sponh. p. 371. seqq. Sigism. a Birken d. l. c. XIV. p. 670. seqq.
 (10) Tritthemius d. l. p. 373. seqq. Reineccius p. 33. Cernitius
 p. 36. f. Spenerus d. l. (11) *Chron. Slav. ad ann. CIOCCCLXXI.*
 Krantzius *Wandal. l. XIII. c. VI.* Angelus l. III. p. 234. Cerni-
 tius p. 37. Limnaeus l. V. c. VII. §. XCVIII. Spenerus d. l.
 Rentschius p. 112. (12) Krantzius *Wand. l. XIII. c. XI.* Rei-
 necc. p. 33. Cernitius p. 38. Spenerus p. 437. Sigism. a Birken
 l. V.

l. V. e. XXIV. p. 810. seqq. (13) Ita Reineccius d. l. Dresserus p. 409. Reufnerus *Isag. Histor.* p. 473. Diepholdius p. 76. Cernitius p. 37. Spenerus p. 428. Rentschius p. 408. At Waremundus ab Ehrenberg *Medicamentor. pro Fœderibus l. l. c. II. §. XXXVIII* refert, Marchiones Brandenburg. anno demum MDCLVII. ad fœdus hæreditariæ unionis Saxonum & Hessorum, anno vero MDCLXXXVII. ad confraternitatis fœdus, salva conventionione cum Ducibus Pomeranis inita, accessisse. Videantur etiam Acta die Fürstl. Marburgische Succession betreffend *artic. CX. seq.* (14) Elegantem hac de re scriptiunculam affert Rentschius p. 409. in qua & hæc legas: Wie that Sebastian von Seckendorff / da er im Sterb war zu Culmbach / und der Bischoff interdict darlegte? Er ließ die Todten dem Pfarrhern ins Hause tragen / wolte er den Gestanck nicht leiden / und die nachfolgende Besorgniß / er mußte sie wol begraben lassen. (15) Cernitius p. 38. Spenerus p. 427. Rentschius p. 410. (16) In hoc cœnobio suum habuisse hospitium, refert Rentschius p. 410. W. Iustus & Reineccius XI. Martii habent, & hic addit: *Mortem in balneo obiit repentinam.* Atque ita etiam Cernitius p. 38. & Sig. a Birken l. V. c. XXXIII. p. 952. (17) Reineccius, Angelus, Cernitius, Spenerus, Rentschius. Et apud hunc quidem legas & sequens Epitaphium Heilsbronnense: Anno Domini 1486. am Samstag vor den Sontag Iudica in der Fasten / der da was der eilfte Tag des Merzens / starb auf einen grossen Kaiserlichen Tag / zu Franckfurt am Main / der Durchlechtig Hochgebohrne Fürst und Herr / Albrecht Marggraf zu Brandenburg / des Heiligen Römischen Reichs Erz-Cämmerer und Churfürst / zu Stettin / Pomern / der Cassuben und Wenden / Herzog / Burggraf zu Nürnberg und Fürst zu Rügen / der hie begraben lieget / des Seele der gnädig und barmherzig Gott gnädig seyn wolle / Amen. Miror hic omissum titulum *Ducis Francia Orientalis*, quo usum fuisse scribit Leonh. Pauholtz d. l. p. 153. Quam honorificæ ei ductæ fuerint exequiæ Francofurti, legere est in Commentariolo de *Electione Maximiliani Regis Rom.* Tomo III.

Marg. Freberi p. 23. (18) Æn. Sylvius, & ex eo Reinuccio p. 35. Cernitius p. 34. Spentus p. 428. Layritzus de Her. Brandenb. Rentschius p. 402. Exstant de hoc Electore præclaræ aliquot narrationes Ænæ Sylviæ Reinuccio repetitæ p. 34. Celebratur suavissimo Sabini carmine lib. II. de Cesaribus Germanicis. Quæ quondam de hoc Alberto singulari dissertatione in hac Academia scripsit Cl. Layritzus, ea postea in Orat. de Heroibus Brandenburgicis contraxit.

LII. Conjuges Albertus habuit duas. I. *Margareta*, Jacobi Marchionis Badensis filiam, an. CI CCC CII. Onoldi mortuam. II. *Annam*, Friderici II. Placidi Electoris Saxonici filiam anno CI DIO XII. extinctam, & Heilsbronnæ sepultam. (1) Ex priori genita tam filiorum, quam filiarum triga. IOHANNES Elector: *Fridericus & Wolfgangus* atate immatura extincti. (2) *Vrsula*, nata an. CI CCC CCL. Henrico Duci Munsterbergensi, contra Pauli Pontificis interdictum, quod pater Georgius Rex Bohemiæ cum Husitis faceret, (3) anno CI CCC CCL XVII. nupta, annoque CI DIO III. Vratislaviæ mortua ac sepulta: *Elisabetta*, n. CI CCC CCLI. Eberhardi II. Ducis Wurttembergici uxor, quæ anno CI DIO XXXIV. (Rittershusius male: CI DIO XV.) improlis obiit, ac humata Stutgardia: *Margareta*, nata CI CCC CCL III. a matre cœnobio addicta; sed ab excessu matris, Caspary Palatino-Bipontino pacta: inde gravi morbo implicata, Curiam Variscorum in monasterium S. Clara missa, ubi primum Abbatissa facta, post religionem sæculi tacta,posito munere, ut monialium una consenuit, anno CI DIO IX. decedens. (4) Ex altero matrimonio suscepti quinque filii, octo gnata. I. *Fridericus*, Franconicæ prioris lineæ conditor. (5) II. *Albertus* an. CI CCC CCL XVI. natus & mortuus. (6) III. *Sigismundus* an. CI CCC CCL XXVIII. Sept. Onoldi natus, in aula Maximiliani I. adolevit, ejusque bellis Du-

catum militare meruit. Ex decreto testamenti paterni accepit Burgraviatum Norimberg. superiorem, quem an. c1000xcv. xxvi. Nov. caelebs moriens Friderico fratri reliquit. (7) Quiescit in cœnobio Heilsbronnenfi. (8) IV. *Albertus* an. c1000clxx. Onoldi natus & extinctus. V. *Georgius*, Colonia ad Spream anno c1000clxxiii. in lucem editus, an. c1000clxxvi. Cadolsburgi sublatu. (9) I. *Emilia* (Rittershusio *Amalia*) an. c1000clxi. Plassenburgi nata, & primum Ludovico Mansveto, Palatino ad Rhenum, dein loco sororis Margaretae, Caspari Bipontino nupta, an. c1000clxxxi. in thermis Badensibus vivere desinit. II. *Anna*, non diu post partum demortua an. c1000clxxii. III. *Barbara*, an. c1000clxiv. Onoldi nata, puella annorum X, Henrico II. Duci Glogoviensi ea conditione nupta, ut, si ipse absque liberis decederet, hereditas ad uxorem socerumque devolveretur. Henrico autem an. c1000clxxvi. mortuo, Albertus a Iohanne Saganensi in adeunda hereditate impeditur: donec Barbara Vladislao Bohemiae Regi desponsaretur: a quo tamen domum non est ducta, (10) annoque c1000. vitam cum morte commutans Heilsbronna sepulcrum indepta est. IV. *Sibylla*, Onoldi an. c1000clxxvii. nata, Wilhelmo Duci Iuliacensi nupsit (11) an. c1000cxc. annoque c1000xi. ex hac vita migravit. V. *Dorothea* an. c1000clxxxi. Colonia nata, in monasterio S. Sepulcri Bambergae facta Abbatissa, rebus humanis valedixit an. c1000xxxix. VI. *Elisabetta*, an. c1000clxxiv. Onoldi nata, Hermanno Principi Hennebergico linæ Rômhildanae nupta, anno c1000viii. obiit. (12) VII. *Magdalena*, an. c1000clxxvi. Colonia nata, brevi post partum mortua. VIII. *Anastasia*, nata an. c1000clxxviii.

Wilhelmo Principi Hennebergico linea Schleusingensis
 juncta, an. c1010xxxiv. inter mortales esse desit. (13)

(1) Ejus epitaphium habet Rentschius im Brandenb. *Eder & Hein p. 413.* (2) ideoque a W. Iusto & aliis omitti. (3) Renschelius im Brandenb. *Stammh. p. 29.* Rentschius *p. 414.* Curæus *Histor. Siles. part. II. p. 329.* Rittershusius ejus obitum refert in an. c1010viii. (4) Renschelius *p. 30.* Rentschius *p. 415.* Lejunus in his paucis est Reineccius: *Margarita religiosam vitam amplexa. Hofii abbatissa sit ad S. Claram.* (5) De hoc Friderico & posteris, alibi, Deo volente, agemus. (6) Fallitur ergo Reineccius, qui in primæ adolescentiæ annis exstinctum, ac multo magis W. Iustus, qui anno ætatis XV. obiisse scribunt. Cernitius tamen etiam an. c1000cclxvi. obiisse tradit: atque ita quoque Limnæus. (7) Reineccius *p. 37.* Spenerus *p. 429.* Reineccius & Cernitius eum vocant *Præfectum Maximiliani I. Imp. in Zisterdorff.* Rittershusio in *Tabb. Geneal. dies emortualis est XXV. Februarii.* Alii anno c1000cclxviii. obiisse scribunt. Nos sequimur Cernitium *p. 32.* (8) Epitaphium repetit Rentschius *p. 420.* (9) Rittershusius an. c1000cclxvi. v. Dec. demortuum notat. *Limnæus triennio post.* Mirum igitur qui Reineccius & W. Iustus ei assignent uxorem *Margaretam, Alberti Austriaci cognomine Sapientis filiam.* (10) *Curæus Histor. Siles. part. II. p. 338. seqq.* *Angelus l. III. p. 237. seqq. 247.* W. Iustus, Reineccius, *Dresser p. 491.* Cernitius *p. 43.* Spenerus, Rentschius *p. 124. & 417.* *Pfannerus de Germaniæ Principibus cap. IV. p. 176. f.* (11) *Adelarius Erichius in Chron. Iuliacensi lib. VI. c. XX. p. 295.* Rittershusio annus mortis est --- 10x. (12, 13) *Spangenberg. Genealog. Henneb. l. IV. c. XXV. pag. 160. l. V. c. XLIV. p. 246.* Errant igitur Iustus & Angelus immatura morte sublatam scribentes. Cernitius non leves conjecturas extare tradit, mortuam esse an. c1010xxxiv. Atque ita quoque *Limnæus l. V. c. VII.*

IV. LIII. IOHANNES Elector, Alberti Achillis filius,
 ob staturam proceram, & auctoritatem eximiam *Magnus,*
 ob

ob admirabilem dicendi facultatem dictus *Cicero Germanicus*, (1) natus est Onoldi anno c1000cclv. ii. Augusti. In 1455. aula patruī Friderici II. educatus, illo Pomeranici belli causa absente, Marchiam quindecennis, ac porro patre Onoldi commorante, eandem administravit. (2 a.) Primus hic est Electorum, qui aulae sedem in Marchia constanter fixit, quo in successores eum sunt secuti. (2 b.) An. c1000cclxxiv. cum Electore Saxoniae Ernesto, Casimi-¹⁴⁷⁴rum Poloniae, Vladislaum Bohemiae, & Matthiam Ungariae Reges, ob Silesiam in primis discordes, adducta selectorum militum manu, habita oratione bene longa, sapiente & gravi, feliciter composuit ad Vratislaviam. (3) An. --- lxxvi. cum mortuo sororio Henrico Glogoviensi¹⁴⁷⁶ Duce, qui Barbarae conjugii, Johannis sorori ejusque haeredibus legaverat Ducatum, hunc vero patruelis Johannes Dux Sagani, ascito in partes Matthia Rege Hungariae sibi vindicaret, grave erupit bellum: quod tandem Camenicii an. --- lxxxii. sic compositum, ut Barbarae dota-¹⁴⁸²litio nomine Crofna, Zulichium, Sommersfelda, Bobersberga Ducatui avulsa concederentur. (4) An. --- lxxxiv.¹⁴⁸⁴ oblatam tutelam Luneburgensis urbis recepit; (5) ac Duces cum Brunsvvicensi civitate composuit. (6) Anno --- lxxxviii. Veterem Marchiam ob cerevisiarium vestigal¹⁴⁸⁸ tumultuantem coerces, & multis ob hoc privilegiis multat. An. --- xcii. in Vngariam profectus, parum absuit, 1492. quin occideretur. (8) An. xcvi. condendae novae Acade-¹⁴⁹⁸miae Francofurtensis privilegium ab Alexandro VI. Papa impetravit. (9) Moritur demum Arnsburgi in veteri Marchia an. xcix. ix. Januarii, cum jam diu ob corporis¹⁴⁹⁹ obesitatem, quam aliquoties praesentissimo vitae periculo curare tentaverat, rebus agendis parum esset idoneus.

(10) Corpus primo in monasterio Leinensi depositum, postea Coloniae sepultum fuit. (11) Paulo ante obitum Joachimum filium hortatus est ad pietatis, justitiae, & beneficentiae studium: a violentia vero in subditos, nimia nobilium licentia, & ab illecebris voluptatum dehortatus. (12)

(1) Reineccius p. 37. Angelus p. 252. Dresserus p. 490. Cernitius p. 42. Spenerus p. 430. Krantzius *Wand. l. XIII. c. VI.* Cernitius d. l. (2. a.) Spenerus d. l. Rentfchius p. 423. (2. b.) W. Justus Spenerus, Rentfchius p. 427. (3) Phil. Melanchthon *Epistola quadam ad Joach. II. Elect. Brandeb. Sigismundum Archiep. Magdeb. scripta: quae exstat lib. I. Epist. Ioh. Schöfferi VI. p. 285.* ac ipse Schöfferus *Marchiados lib. I. p. 123.* Peucerus in *Chron. Carionis lib. V. p. 679.* Angelus l. III. p. 234. Cernitius p. 43. Curraus *Hist. Siles. part. I. p. 159.* Reineccius p. 36. Dresserus p. 490. Balbinus *Epit. Rer. Bohem. l. V. c. XI. p. 563.* Spenerus pag. 430. Rentfchius p. 425. (4) Vide Scriptores praecedenti thesi allegatos num. 10. (5) Cernitius p. 42. Spenerus p. 430. Rentfchius p. 427. (6) Krantzius *Saxon. l. XIII. c. XLX. p. 346.* (7) Krantzius *Saxon. l. XIII. c. XIV. Wandal. l. XIII. c. XXXI.* Angelus l. III. p. 255. Cernitius p. 44. Spenerus d. l. (8) Rentfchius p. 429. (9) Vid. Ioh. Christoph. Beemanni *Notitia Universitatis Francofurt. cap. II. p. 17.* (10) Reineccius p. 36. Cernitius p. 44. Spenerus p. 430. Rentfchius p. 428. (11) Angelus l. III. p. 260. Cernitius d. l. Rentfchius p. 430. (12) Reineccius p. 37. Angelus d. l. Dresserus p. 491. Cernitius p. 45. Rentfchius d. l. Idem integrum sermonem valedictorium ad Joachimum I. filium, utique dignissimum, qui omnium Principum animis inscribatur, repetit p. 434. seqq.

LIV. Ex uxore *Margareta*, *Wilhelmi III. Saxoniae Ducis* filia *Iohannes* genuit *Joachimum I. Electorem, Wolfgangum*, (1) anno *MDCCCLXXX.* brevi post baptismum demortuum, & *Albertum*, Archiepiscopum *Moguntinum & Magdeburgensem*: (2) *Elisabetham*, anno

MDCCCL

CIOCCCLXXXVI. natam & extinctam: *Annam*, an. sequenti natam, Friderico Holsatiae Duci, eidemque post ejectionem Christianum II. Daniæ Regi nuptam, annoque CIOXXXI. decedentem: *Ursulam*, ingenio & forma excellentem, an. CIOCCCLXXXVIII. natam, Henrici IV. Ducis Meklenburgici conjugem, quæ an. CIOXXI. obiit.

(1) Ab aliis dici *Christophorum*, notant W. Iustus & Reineccius. Linnæus ex MS. notat, an. CIOCCCLXXXII. *infantem obisse*. (2) Hujus Alberti vitam jam scripsimus in *Historia Elberstedensi*; ac pluribus, Deo favente, de eo agemus in *Historia Anagdeburgensi*.

LV. IOACHIMVSI. Elector natus an. CIOCCCLXXV. XXIV. XXI. Februarii, cognomento *Nestor*, (1) Princeps doctus, & linguarum, imprimis latinæ, ut & historiæ & astrologiæ peritus, (2) ac ob studia cum Francisco I. Galliarum Rege & Leone X. Pontifice summam necessitudinem habuit. (3) Anno ætatis XVI. sine tutore Electoratum aggressus, idque imprimis Alberti patris Electoris Moguntini consilio, verba Aureæ Bullæ, quæ huic instituto adversa videbantur, ad electionem Cæsaream restringens. (4) An. CIOXIV. Maximiliano Cæsari contra Palatinos belligeranti opem tulit. (5) Sequenti anno Colonienfibus comitiis interfuit. (6) An. CIOXVI. die XXVII. Aprilis Academiam Francofurtensem ex patris testamenti decreto introduxit, obtentis a Maximiliano & Julio II. Papa privilegiis, & plerisque Lipsiæ excitis Professoribus. (7) An. IOXIX. Hamiburgenses se ejus tutelæ per integrum decennium crediderunt. (8) An. --- IOX. Iudæos, quod panem eucharisticum indigne tractassent, vivicomburio aliisque suppliciis punivit. (9) An. --- IOXVII. Marchiam novam, quæ cum pacto retrovenditionis Friderico II. tradita, ab Ordine Teutonico hereditariam obtinuit. (10) An. --- IOXIX. Caroli V. ele-

electionem cum Alberto fratre promovit Francofurti. (11)
 1521. An. --- 15XXI. in comitiis Wormatiensibus B. Lutherum a
 confessione Evangelica frustra cum aliis Principibus di-
 1524. movere conatus est. (12) An. --- 15XXIV. a morte Wig-
 manni ultimi Comitis, Rupinensem Comitatum, ut feudi
 1528. dominus, recepit. (13) An. --- 15XXVIII. stabile pactum cum
 Pomeranis initum, quo simultanea investitura Branden-
 burgicis concessa, & quoties Pomeraniae ordines Princi-
 pibus suis homagium praestarent, successio in casum ma-
 sculorum deficientium promitteretur, caurum. (14) An.
 1530. - 15XXX. in comitiis Augustanis eleganti Latina oratione,
 excepit Carolum V. (15) itemque legatum Pontificis Car-
 dinalem Campegium. (16) Sed a religione Evangelica alien-
 nior, gravibus minis, nomine Casareo ab eadem abstra-
 here conatus est Iohannem Saxoniae Electorem. (17) Iis-
 dem comitiis legatis Transylvanis opem contra Turcos
 implorantibus latine respondit. (18) Elisabetham uxorem,
 Iohannis Regis Daniae filiam ob agnitionem Evange-
 lii custodiam mandaturus erat, nisi ad avunculos Saxones
 confugisset. (19) Parum aberat, quin ob hoc ad arma de-
 ventum: nec rediit Elisabetha, nisi a morte mariti: quae
 1535. Stendaliae contigit an. 1515XXXV. (20) XI. Iulii. Corpus
 exanime primo in monasterio Leninensi depositum, post
 in ecclesiam cathedralem Coloniam translatum. (21) Vxor
 autem a filio Iohanne reducta, Spandaviae confenuit, (22)
 annoque --- 15LV. mortua ad septuaginta cum liberis ne-
 potes vidit. (23)

(1) Sabinus: *Nestoris es lingua dulcedine nomen adeptus,
 Vi tuus Aecidae nomen Achillis avus.*

(2) In his magistro usus est Joh. Carione. Cernitius p. 49.
 Hinc & Joh. Tritthemium singulariter aestimavit. Vide
 hujus *Chronicon Sponheimense* p. 424. (3) Reineccius pag. 38.
 Cer-

Cernitius p. 53. (4) Cernitius pag. 48. Spenerus pag. 434.
 Rentschius p. 432. (5) Tritthemius in *Historia belli Bavarici*
 apud Freherum *Tom. II. p. 96.* Linturius in *Append. ad Fern.*
Relevinckii Fascic. Temp. pag. 112. (6) Tritthemius in *Chron.*
Sponheim. p. 423. (7) Nicolaus Basilius in *Additionibus ad*
Naucleri Chronograph. fol. 51. ubi mirifice laudat hunc Joachi-
num. P. Langius in Chron. Cuij. pag. 888. qui tamen perpe-
ram ad an. 15101. refert. W. Justus de Francofurto cap. IV. p.
38. Jacobus Middendorpius de Academijs lib. V. p. 205. Rei-
neccius p. 38. Angelus l. III. p. 265. Chytræus Saxon lib. I.
p. 40. lib. VI. p. 148. Cernitius p. 49. Rentschius p. 439. Vide-
atur in primis J. C. Becmanni Notitia Universitatis Francofur-
tane, in qua ipse Maximiliani Cæsaris, & Julii Papæ privi-
legia representat cap. 11. p. 12. seqq. (8) Cernitius pag. 49.
 Spenerus p. 434. (9) Basilius in *Addition. ad Nauclerum.* Joh.
 Manlius in *Collectaneis Locor. Commun. p. 88. Tritthemius*
 in *Chron. Sponheim. p. 433. Lucas Osiander Epitom. Hist. Ec-*
cles. cent. XVI. lib. I. c. XIV. p. 28. Angelus l. III. p. 269. seqq.
 fufe omnia describit. Cernitius p. 49. (10) Cernitius p. 50.
 Rentschius p. 79. 441. (11) Sleidanus lib. I. Melanchthon in
Historia de Electione & Coronatione Caroli V. Browerus tamen
scribit Annal. Trevirens. l. XX. pag. 330. Electorem Branden-
burgensem metu armorum Caroli V. mutasse animum.
 Fallus tamen plane est Gvicciardinus, qui lib. XIII. *Histor.*
 p. 291. Joachimum nostrum putat secundum seipsum suf-
 fragium tulisse. (12) Sleidanus lib. III. Cernitius pag. 50.
 (13) Chytræus Saxon. l. IX. p. 279. Cernitius p. 51. Spenerus
 p. 434. Rentschius p. 441. (14) Chytræus lib. XII. p. 314. f.
 Angelus l. III. p. 318. Cernitius p. 52. Spenerus d. l. Pfan-
 nerus c. IV. p. 166. (15) Reineccius pag. 38. Angelus pag. 319.
 Cernitius d. l. Rentschius p. 440. (16) Dresserus pag. 492.
 (17) Sleidanus l. VII. & VIII. ex eo Osiander l. II. c. XVI. pag.
 189. Chytræus l. XIII. p. 323. (18) Sabinus in *Orat. Tomo I.*
Declamat. Melanchthonis: ex ea Reineccius d. l. ubi addit:
Narrant alii typis eam (orationem) vulgatam fuisse; sed eam
nondum videre mihi contigit. Dresserus d. l. Cernitius d. l. (19)

H Luthe-

Lutherus *Epist. ad Wencesl. Linckium Tom. II. pag. 375.* ex eo Spenerus *p. 435.* (20) Chytræus *l. XIV. p. 360.* (21) Cernitius *p. 53.* Epitaphium ei a Georgio Sabino scriptum repetit Reinneccius *p. 38.* ac aliud elegantissimum de eo carmen habetur *lib. II. Sabini de Caesaribus Germanicis.* Continet præterea exquisitas tam ipsius Electoris, quam Alberti fratris laudes alia ad illum Sabini epistola. (22) W. Justus, Spenerus *p. 435.* (23) Angelus *l. III. p. 353.* Cernitius *p. 46.* ex concione *f. ambri* ab Islebio habita. Reuschius *p. 442.*

LVI. Et liberi quidem fuere sequentes: *Ioachimus II. Elector, Iobannes Sapiens: Anna* an. *CIOIOVII.* nata, Alberti III. Ducis Meklenburgici conjux, mortua an. *CIOIO-LVI.* *Elisabetha* nata an. *CIOIOX.* ab excessu prioris mariti, Erici Senioris, Ducis Brunsw. Popponi Comiti Hennebergensi conjuncta, obiit an. *CIOIOLVIII.* (1) *Margareta,* an. *CIOIOXI.* nata, primo Georgio Duci Pomeraniæ, deinceps Iohanni Principi Anhaltino (2) nupsit, ac decessit anno *CIOIOXLIII.*

(1) De hujus Principis fortuna lege Spangenbergii *Chronicon Hennebergense lib. V. cap. LV. pag. 278. f.* (2) Brotufius *Geneal. Anhalt. l. VI. c. XVI. f. 103. a.*

LVII. *Iohannes,* minor Ioachimi I. Electoris filius, *Sapiens & Severus,* (1) itemque *oculus & consilium Germanie* (2) dictus, an. *CIOIOXIII.* III. Augusti in lucem editus est Custrini: quod oppidum restauravit, maximis impensis munivit, & in sedem suam delegit. (3) Ex paterno testamento novam Marchiam, & Ducatum Crofnensem accepit (4) Evangelicæ religioni, & fœderi Protestantium 1538. nomen quidem dedit an. *CIOIOXXXVIII.* (5) sed cum de illa cavisset Cæsar, non modo ab hoc recessit, (6) sed etiam Cæsari militans vexillo inscribi fecit: *Date Cæsari, quæ sunt Cæsaris, & Deo, quæ sunt Dei.* (7) Cumque Smalcaldici eum hoc nomine perfringerent, publicis scriptis

re-

respondit. (8) Dein ipso intercedente multi Smalcaldici pacem quasivere. (9) In formulam Interimisticam cum an. -- XLVIII. consentire nollet, comitiis Augustanis abire 1548. jussus est: quod ideo factum putant, ne suo vel exemplo, vel sermone, aliorum animos confirmaret. (10) Vnde postea Magdeburgensibus plus favit: at in Tangermundenſi colloquio a fratre abstractus est: (11) annoque -- LII. 1552. in expeditione Metensi Carolo V. adfuit. (12) Vitam finiit Cuſtrini an. MDLXXI. XIII. Januarii, ac ibidem in aede parochiali ſepultus est. (13) Diſſecto corpore inventus in fellic vesicula lapis asper instar olivæ, cor vero flaccidum; quo diſſecto ater ſanguis effluxit. (14) Multis claruit virtutibus, ſingulari pietatis studio, eloquentia arguta, conſilii dexteritate, & frugalitate. (15) Quotidianum tempus ſic diſpertitus est, ut partem precibus, ac lectioni S. Scripturæ, partem deliberationibus & cognitioni cauſarum ſuæ provinciæ, partem peregrinorum Principum negotiis tribueret. (16) Ex conjugē *Catharina*, Henrici Junioris, Ducis Brunſvvicenſis filia an. MDLXL. genuit *Elſabetham*, an. --- LVIII. Georgio Friderico Marchioni Brandenburgo Onoldino; & *Catharinam*, n. an. MDLXLIX. x. Aug. an. --- LXX. Joachimo Friderico Adminiſtratori Magdeburgenſi, poſt Electori, nuptas. Cumque maſculos nullos haberet, hæreditas ad Iohannem Georgium Electorem devenit. (17)

(1) Thuanus l. L. *Princeps prudentia, & ad ſeveritatem antiquam compoſitis moribus commendabilis.* Chytraus *Saxon.* l. XXII. p. 663. Nicolaus Reusnerus: *Princeps ille Severus ore, corde, Princeps at Sapiens (utrumq; vobis Geſtu vivus adhuc) piusq; Princeps.*

(2) Spenerus p. 436. Hoc tamen elogium alii Joachimo II. Electori tribuunt. (3) Hæc fere verba ſunt Sebaſtiani

Schroteri in *Historia Terrar. Orbis Tom. I. p. 153.* Plura vide apud Angelum l. III. p. 366. & Rentschium im Br. Ceders Hejn p. 444. Cernitius ex Leutingero tradit, *Angermundi ad Viadrum* esse natum. (4) Rentschius p. 443. Vnde vulgo appellantur *Ducem Crosnensem.* Dresserus p. 493. (5) Sleidanus *lib. XII.* (6) Sleidanus *lib. XVII.* Chytræus l. XVII. p. 414. Dresserus d. l. (7) Sabinus in *epist. ad Sleidanum,* & ex ea Reineccius pag. 44. Schardius *de Gestis sub Maximil. II. Tom. IV. p. 2475.* Spenerus d. l. (8) Sabinus in *Epist. ad Sleidan. in fine epistolarum ejus libri unius.* Sleidanus l. XVII. Habentur hæc scripta in Hortleleri *Tom. II. lib. III. c. XIV. p. 305. seqq. & XVII. p. 318. f.* (9) Spenerus d. l. (10) Sleidanus l. XX. Schardius d. l. Reinecc. p. 44. Thuanus l. IV. Dresserus p. 493. Singularia hac de re habet Rentschius pag. 446. (11) Reineccius & Spenerus d. l. (12) Sleidanus *lib. XXIV.* Schardius d. l. Reineccius, Spenerus. (13) Thuanus d. l. W. Justus in *Geneal.* Schardius d. l. p. 2476. Rentschius p. 429. (14) Angelus p. 309. Dresserus d. l. (15) Reineccius & Spenerus. (16) Reineccius ex Sabinio. (17) Chytræus l. XXII. p. 663. Schardius, Thuanus, Angelus l. l.

- VI. LVIII. IOACHIMVS II. Elector anno 1507. IX. Ianuarii natus, Alberti patruī cura, sub Iohannis Funcctii (1) disciplina educatus, multum in pietatis & Latinæ lingvæ studio profecit. Adolescens a patre in aulam Maximiliani I. ductus, adeo ipsi placuit, ut neptem Caroli V. sororem pacisceretur sponsam, quæ tamen ante sponsalia decessit. (2) Porro patrem ad omnia fere comitia secutus non contemnendam prudentiam collegit. (3) Anno 1532. 1532. 1532. cum bis mille equitibus adversus Turcas profectus, & Philippo Palatino junctus, cum Turcicum ducem Casonum ad Leopoldesdorfium stravisset, equestri dignitate a Carolo V. Casare mactatus est. (4) Ab excessu Patris Evangelicam religionem professus, Spandaviæ primum an. 1539. S. Cœna sub utraque specie usus est

est: cumque focer Sigismundus, Poloniae Rex huic institu-
 to per literas & legatum intercederet, atque idem Geor-
 gius, Dux Saxoniae, & Albertus patruus facerent, Elector
 causas consilii epistola prudenter & graviter ad Regem
 scripta exposuit. (5) Laudato quoque anno Francof. Aca-
 demiam insignite auxit & ornavit. (6) An. --- XL. novam. 1540.
 arcem Electoralem Coloniae magnifice extruxit, & judici-
 um camerae in meliorem redegit ordinem. (7) An. --- XLII. 1542.
 Spira communi Ordinum consilio & voluntate Dux belli
 adversus Turcas designatur: (8) qua expeditione licet pa-
 rum promoveretur: quod auxilia vel emanerent, vel se-
 rius adventarent, ne latius tamen vagaretur hostis, pra-
 estitit. (9) Unde calumnias Pauli Iovii adversus optimum
 Principem merito refutarunt viri docti. (10) An. --- XLVI. 1546.
 bello Smalcaldico Caesaris partes secutus, ut idem faceret
 Iohannes frater, hortator fuit. (11) Cum eodem tempore
 inter Iohannem Fridericum, Electorem Saxoniae, & Mau-
 ritium Ducem simulas recruidisset, reconciliandis illis
 vehementer incubuit. (12) Quando Elector Saxo in po-
 testatem Caesaris venisset, ut capitalis in eum sententia
 mutaretur, intercessione sua impetrat, (13) simulque ab
 Anhaltinis finibus hostiles direptiones avertit. (14) Pro
 reconciliando Caesari Philippo Hassiae Landgravio mul-
 tum laboravit. (15) Granvellano autem Cardinali sophis-
 tice ex formula pacis Germanicae (in eintig & envig) inge-
 rere auso, ita in hominem incanduit, ut manu hoc vin-
 dicaturus fuisset, nisi alii iracundiam ejus leniissent. (16)
 Nec ab eo tempore sollicitare pro Philippo destitit, sed ut
 operam semper luderet: quoad istum veluti nodum Gor-
 dium ense suo dissecuit Mauritius Elector. (17) Anno ---
 XLVIII. in negotio Interimistico a Caesare confirmatio-

nem propria apud suos paulo ante promulgata constitutionis impetrat, neque aliquid in puriore religione immutat. (18) Anno sequenti Grimnicii una cum uxore grave periculum vitæ subit, conclavi, in quo spatiantur, diffracto. (19) Ann. --- L. a Magdeburgensibus per incursiones læsus, Magdeburgensem obsidionem promovit. (20) Postea Mauritiano in Cæsarem bello liaut adversatus, fidem suam Philippi filio datam liberari desiderabat. (21) Illo ex sententia confecto, Albertum agnatum ab ulterioribus turbis serio dehortatur. (22) An. --- LV. illo potissimum auctore confraternitatis foedus inter Saxones, Brandenburgicos & Hassos Naumburgi confirmatum fuit. (23) Eodem anno Spandaviam egregie munire cœpit. (24) An. --- LVIII. coronationi Ferdinandi I. annoque --- LXII. electioni Maximiliani II. Francofurti interfuit. (25) Bellum Gothanum an. --- LXVI. libenter composuisset, nisi Martius furor omnia turbasset. (26) An. --- LXIX. a Sigismundo Augusto Poloniae Rege, si agnati in Prussia sine hæredibus extingverentur, successionis certitudinem impetravit. (27) Obiit tandem an. MDCXXI. III. Ianuarii in arce venatoria Coppenick, fraude Lippoldi Iudæi, qui in Malvatico venenum porrexerat. (28) Funus Coloniam deductum est, ubi die post mortem XXIII. conditur. (29) Enituit maximarum virtutum fama, pietate, sinceriori religionis studio, fortitudine, beneficentia. Paci enixe semper studuit: quam ut suis perpetuam præstitit, ita aliis sæpe feliciter conciliavit. Adulationes & calumnias averfatus quam maxime fuit. Addatur his singulare id & mirificum, quod res futuras sæpe non obscure cognoverit. (30)

(1) Reineccius p. 40. Cernitius p. 56. Rentschius p. 451. (2) Idem. Miror id tacere Sigism. a Bircken im Oesterreich. Ehren

Chren Spiegel. (3) Reineccius *d. l.* Spenerus *d. l.* (4) W. Justus, Reineccius *d. l.* Dresserus pag. 494. cuius & hæc sunt: *Cum iter ingressus est, galli vix ante viduum nati lata acclamatione totum diem cecinerunt.* Elegans de hoc præfatio carmen scripsit Sabinus, quod repetit Angelus *l. III. p. 321.* Meminit hujus rei etiam Cernitius *p. 58.* (5) Epistola illa existat inter Melanchthonis epistolas. Dere ipsa vid. Bucholzerus in *Chronol. p. 553.* & ex eo Osiander *Epit. Hist. Eccl. cent. XVI. l. II. cap. XLII. p. 321.* Chytraus *Saxon. lib. XV. pag. 388.* Reineccius *p. 41.* Angelus *l. III. p. 332. seqq.* Dresserus pag. 495. f. Cernitius *p. 58.* Spenerus *p. 538.* Rentschius *p. 425.* ex ipsis Pontificis Laur. Surius *parte II. Chronicor. Germanice versorum f. 47.* (6) W. Justus in *Chron. Francos. c. IV. p. 39.* Schardius *de gestis sub Maximil. II. Tom. IV. p. 2473.* Cernitius *p. 59.* Rentschius *d. l.* Reineccius hoc refert in an. hujus sæculi XLII. Habet gratulationem de Academia Francos. instituta Sabinus *lib. III. Elegiar.* (7) Cernitius *p. 59.* Spenerus *p. 438.* Rentschius *p. 453.* (8) Sleidanus *lib. XIV. & ex eo Osiander d. l. c. XLVII. p. 339.* Chytraus *l. XV. p. 398.* (9) Reineccius & Spenerus *d. l.* Ipse Joachimus luculenta oratione in consessu totius Imperii Ordinum id demonstravit. Existat illa inter *Orationes Turcicas* Reusneri. Schardius etiam provocat ad literas Electoris e castris datas ad Ferdinandum & Ordines Imperii Norimb. congregatos. (10) Thuanus *lib. L. Sabinus lib. VI. Elegiar.* Schardius *d. l. pag. 247. f.* Reineccius *d. l.* Cernitius *p. 67.* (11) Sleidanus *lib. XVII. Hieron. Faletus in historia belli Germanici l. IV. apud Hortlederum Tom. II. l. III. c. LXXXI. pag. 702.* Reineccius. (12) Reineccius & Cernitius. (13) Sleidanus *l. XIX. ex eo Osiander cap. LXV. p. 410.* Ludov. ab Avila *de bello Smalcaldico n. CCXX.* Joh. Godojus *de bello Caroli V. Germanico l. II. apud Hortled. Tom. II. p. 1956. seq.* Schardius *d. l.* Angelus *l. III. p. 338.* Thuanus *l. IV. Alstedius in Thesauro Chronolog. pag. 548.* Masenius in *Historia Caroli V. & Ferdinandi I. p. 105.* Celebrat hanc Electoris Brandenb. intercessionem eleganti epistolio Melanchthon *in Epp. a Mantio editis f. 210.* Reineccius, Angelus,

gelus. (15) Sleidanus *l. XIX. ex eo Ofiander l. II. c. LXVII. p. 409.* Reineccius, Alstedius, Schardius *d. l. Thuanus lib. IV. Cernitius p. 62.* (16) Reineccius, Cernitius *d. l. Spenerus p. 439.* (17) Verbis hic usi sumus Reineccii, quæ & habet Cernitius. (18) Sequimur Reineccium, & Cernitium, qui ad diploma Casareum provocant. Nec aliter Spenerus *p. 439.* Non tamen sum nescius, in alia abire Schardium *d. l. Sleidanum l. XV. quem exscribit Ofiander l. II. c. LXIX. p. 492.* Thuanum *l. IV. Drefferum p. 495.* & Reusnerum in *Isagoge Histor. p. 582.* Forte primo non restitit, persvasus nimirum ab Islebio: post a Buccro rectoria edoctus, mutare cepit sententiam. Confer & Hortlederum *Tom. II. lib. III. c. LXXXVI. p. 930. seqq.* (19) Cernitius *p. 61.* Rentschius *p. 455.* (20) Sebastianus Besfelmeierus in *Histor. Belli Magdeburg.* apud Hortlederum *lib. IV. c. XVII. p. 1197.* Sleidan. *l. XXII. Ofiander l. II. c. LXXXIII. pag. 547.* Reineccius *p. 42.* Angelus *p. 344.* Spenerus *p. 439.* Rentschius *pag. 454.* (21) Sleidanus *l. XXV. Reineccius d. l. Vid. Hortlederum, Tom. II. l. V. c. I. p. 1281. seqq.* (22) Idem, & Spenerus. (23) Joach. Camerarius in *Annotat. rerum precipuar. ab an. CIOIOL. Tom. III. Freberi p. 479.* Sleidanus *lib. XXVI. Ofiander l. III. c. XX. p. 631.* Chytraus *Saxon. l. XVIII. p. 480.* Angelus *l. III. p. 353.* Thuanus *l. XVI. Cernitius p. 62.* Drefferus *pag. 92.* Limnaus *Jur. publ. l. III. c. X. Tom. IV. Addit ad lib. IV. c. IV. Spenerus p. 55.* (24) Zeilerus *Itinerar. German. l. I. c. IV. p. 100.* Cernitius *p. 62.* Rentschius *p. 455.* (25) Reineccius *p. 42.* Ofiander *lib. III. c. XXX. p. 663.* Angelus *p. 356. 360.* Thuanus *l. XXXI. Cernitius p. 63.* (26) Reineccius *d. l. Cernitius pag. 64.* Rentschius *d. l. (27) W. Justus, Angelus lib. III. pag. 366.* Cernitius *d. l. Spenerus pag. 439.* Rentschius *p. 457.* Hartnoch. *Histor. Pruss. part. II. c. II. pag. 334.* (28) Chytraus *Saxon. l. XXII. pag. 602. f. Ofiander lib. III. cap. LXVII. qui tamen male Cultrini obiisse scribit.* Thuanus *l. L. Reineccius p. 43.* Johannes Dickenfonus in *Speculo Tragico p. 104.* Cernitius *p. 66.* Lundorpius *Sleidani contin. l. XI. p. 60.* Spenerus *d. l. Rentschius pag. 458.* (29) W. Justus, Reineccius, Angelus *pag. 368.* Cernitius *pag. 62.* Schardius

Tom.

Tom. IV. p. 2472. Funeris historiam edidit Andreas Musculus D. ubi & de morte plura, eaque memoratu dignissima. Scripsit porro Orationem de totius vitæ curriculo atque obitu, Christoph. Meienburgius, quam in paucorum esse manibus, testatur Cernitius. Ab Andrea Angelo aliquoties etiam laudatur D. Francisci Hildensem *Vna Joachimi II.* (30) Reineccius p. 43. Cernitius p. 64.

LIX. Conjuges habuit duas : *Magdalenam*, Georgii Saxoniae Ducis filiam, an. CIIOXXXIV. mortuam, & *Hedvigem*, Sigismundi Poloniae Regis gnatam, anno CIIO LXXII. denatâ. (1) Ex priore nati *Iohannes Georgius* successor: *Fridericus*, an. CIIOXXX. XII. Dec. natus, in Archiepiscopatu Magdeburgensi & Episcopatu Halberstadenfi Iohanni Alberto surrogatus an. CIIOCLII. eodemque anno, III. (Rittersh. V.) Octobris mortuus. (2) *Albertus & Georgius* gemelli, in cunis mortui. (3) *Paulus*, an. CIIOXXXIV. XXIX. Martii partu difficili natus, mox a baptismo exstinctus. (4) *Barbara* an. CIIOXXXVII. x. Aug. nata, Georgio Duci Lignicensi nupta an. CIIOXLV. demortua anno CIIOXCV. II. Ian. *Elisabetha*, an. CIIOXXXVIII. nata, anno nondum verrente sublata. Posterior laudato an. XXXVIII. die II. Decembris peperit *Sigismundum*, a morte Friderici fratris Archiepiscopum Magdeb. ac Administratorem Halberstadensem an. CIIOXVI. XIV. Septembr. Hallis de vita decedentem, ibique tumulatum. (5) *Elisabetham Magdalenam* (6) Berolini anno CIIOXXXVII. VI. Nov. natam, a patruo Alberto Archiepiscopo baptizatam, annoque -- LV. Francisco Ottoni Duci Brunsvvicensi junctam, qui tamen tertio a nuptiis mense obiit. (7) Ipsa vero vidua an. demum -- XCV. XXII. Augusti Coloniae ex hac vita migravit. *Hedvigem*, n. an. CIIOXL. Iulii Ducis Brunsvv. conjugem, quæ an. CIIOCLII. XXII. Octob. vita functa est in dotatio

Hessem, ubi etiam sepulturā nacta. (8) *Sopbiam*, n. an. c. 1513-
 xli. Wilhelmi Baronis a Rosenberg, supremi regni Bohe-
 miæ Burggravii uxorem, tertio post initum matrimoni-
 um ann. --- LXIV. xiv. Dec. (al. xviii. Febr.) demortuam. (9)

(1) Nuptiæ an. c. 1513. xlv. Kl. Septembr. sunt celebratæ. (2)
 Hujus Friderici vitam descriptionus in *Historia Halbersta-*
densi, & fiet id denuo in *Historia Magdeburgensi*. Exstat alias
 erudita Joh. Schosseri *Ecloga*, Principis hujus encomium
 continens in libro *Carminum Heroicor.* p. 200. seqq. (3) W. Ju-
 stus & Reineccius pag. 45. (4) Idem. (5) De hoc item Si-
 gismundo dictum in *Halberstadiensibus*. Vide quoque Rei-
 neccium p. 46. Simon. Schardium *de rebus gestis sub Maximili-*
ano II. Tom. IV. p. 2306. (6) Reineccius vocat *Magdalenam*
Elisabetham p. 47. (7) W. Justus, Rentschius pag. 462. (8)
 Idem p. 462. vocat Wilhelmum, *Bandersium* (*Bauerbern*)
regni Bohemici. (9) W. Justus, Cernitius p. 6. Spenerus.

VII. LX. IOHANNES GEORGIUS Elector communis
 pater omnium Principum ex familia Brand. superstitem (1)
 1525. an. c. 1513. xlv. xi. Septembr. Onoldi in lucem editus, cum
 Friderico fratre Francofurt. Academiæ alumnus fuit, (2)
 ac tantum in literis & artibus profecit, ut prudentissimos
 non æquaverit, sed etiam superaverit consiliarios. (3) Ty-
 rocina militiæ posuit in bello Smalcaldico ad Witteber-
 gam, (4) equestri cingulo ob id ornatus, cum honorifico
 Caroli V. ad patrem perscripto testimonio. (5) Quamvis
 autem a patre arcem Zechlin, ubi familiam institueret, ac-
 ceperit, (6) Philippo tamen II. Regi Hispano cui a consiliis
 fuit bellicis, ac deinceps Ferdinando I. & Maximiliano II.
 1571. operam suam togatam ac sagatam addixit. (7) Ex quo suc-
 cessit patri an. c. 1513. lxxi. non multo post extincto pa-
 truo Iohanne, novam Marchiam, & quæ alia iste possede-
 rat, accepit. Deinde an. --- LXXIII. a Lippoldo venefico
 1573. Iudæo

Iudæo supplicium sumit, (8) ac Iudæos marchia ejecit. (9) An. -- LXXV. Dresdam ad Maximilianum II. Cæsarem profectus (10) ibidem de electione Regis Romani consultavit, ac paulo post electionem Rudolphi Ratisbonæ præfens procuravit. (11) Eodem anno Bescoviensem & Storcoviensem præfecturas Iohanni patruo oppignoratas obtinuit hæreditarias. (12) An. --- LXXVIII. controversias inter Sigismundum Regem Poloniae & urbem Gedanensem una cum Augusto Saxone composuit: (13) ac in comitiis Varfaviensibus simultaneam de Prussia investituram impetravit. (14) An. -- LXXXVI. post obitum foci Ioachimi Ernesti, Anhaltinorum Principum supremus tutor factus, hanc tutelam summa cum laude administravit. (15) An. --- LXXXVII. confraternitatis fœdus cum familiis Saxonica & Hassiaca Numburgi renovavit. (16) Religionem Evangelicam constanter fovit ac promovit: sed pro libertate Evangelica Colonensibus impetranda, & Gebhardi Truckessii Archiepiscopi causa frustra laboravit. (17) Ab an. xci. quo Christianus I. Elector Saxonie obiit, cum Friderico Wilhelmo Saxonie Duce, Principum filiorum tutelam præfuit. (18) Eodem anno Henrico IV. Gallie Regi auxilia adversus fœderatos (Ligistas) mitti decrevit. (19) Mortem obiit viii. Ianuarii an. cxcxcviii. qui multis illustribus & doctis viris fatalis fuit. (20) Colonie ad Spream sepultus est. (21) Princeps erat miti ingenio, quique pacis tam in Ecclesia, quam in Imperio colendæ & constituendæ summum desiderium tota vita præ se tulit. (22)

(1) Thuanus lib. CXX. *Illustrissimam familiam pene extinctam felici prole serius suscepta instauravit.* (2) Præceptoribus usus Nicolao Misnero, & ab eius obitu, Bartholomæo Rademanno D. Jcto. Reinecc. p. 45. Cernitius in *Joh. Georgio* pag. 70. Vid. Rentschius p. 463 (3) Rentschelius p. 44. Rentschius p. 463. (4) Cer-

(4) Cernitius *d. l.* Singularia hac de re affert Rentschius *p. 465.* (5) Thuanus *l. IV.* Reimeccius, Spenerus *p. 442.* (6) Cernitius & Spenerus. (7) *Idem*, Rentschelus & Rentschius *d. l.* (8) Scelus Judæi *quinquennio post indicio vocis, a Judei uxore cum marito rixante impotenter emisse, parum: quæ verba sunt Thuanus lib. I. repetita ex Chytræi Saxon. l. XXII. p. 603.* Legendas imprimis Cernitius *p. 71. 72.* Angelus *lib. III. p. 371.* provocat ad scriptiunculam hac de re editam. (9) Spenerus, Rentschelus, Rentschius. (10) Cernitius *p. 73.* Angelus *p. 375.* Antonius Wecke in der Beschreib. Dresden *part. II. tit. IV. pag. 387.* (11) Cernitius *d. l.* Rentschelus *p. 45. f.* Rentschius *p. 463.* (12) Cernitius, Rentschius, Schofferus *cap. XXII.* (13) Pastorius *Flori Polon. l. IV. p. 267.* Cernitius, Spenerus. (14) *Idem*, ut & Rentschelus ac Rentschius. (15) Cernitius *p. 74.* Rentschius *p. 472.* (16) Cernitius, Spenerus *p. 442.* (17) Chytræus *l. XX. l. p. 728.* Michael ab Helt *de bello Colontensi l. II. p. 247. 292. 339. 359.* Cernitius & Spenerus *d. l.* (18) Spenerus *d. l.* (19) Thuanus, Spenerus, Rentschius *p. 472.* (20) Thuanus *lib. CXX. Cernitius pag. 77.* Reusnerus male ponit *annum XCVII. VIII. Dec.* (21) Pompam funeris describit Angelus *l. III. p. 443. seqq.* *Idem* sarcophagi inscriptionem repræsentat *p. 450.* (22) Thuanus *d. l.*

LXI. Conjuges Iohanni Georgio fuere tres. I. *Sophia*, Friderici Ducis Lignicensis & Brigenfis filia, Iohanni Friderici Electoris mater, quæ nono ab ejus puerperio die decesit. II. *Sabina*, Georgii Marchionis Brandenburg-*Onoldini* gnata, nupta an. *MDCLVII.* an. *MDCLXXV.* IV. Nov. mortua. III. *Elisabetha*, Iohanno Ernesto, Principe Anhaltino genita, quæ nupta an. *MDCLXXVII.* Crosnæ obiit an. *MDCCVII.* xxvi. Sept. (Rittersh. xxviii.) Ex altero matrimonio suscepit *Georgium Albertum*, qui an. *MDCLV.* xix. Febr. natus, an. -- LVII. vivere desit: *Iohannem & Albertum* gemellos: item *Magdalenam Sabinam*, *Magdalenam*, *Hedwigem*, *Margaretam*, *Mariam*, omnes & singulos æta-

te immatura extinctos. *Erdmudem* n. a. c1515LXI. xxvi. Iun.
Iohanni Friderico, Duci Pomeraniae nuptam, Stolpa de-
mortuam an. c1515CXIII. xiii. Nov. (1) *Annam Mariam*,
n. a. c1515LXVII. iii. Febr. Barnimi Ducis Pomeraniae uxorem,
quae an. c1515CXVIII. iv. Nov. vita excessit Wollini: *Sophi-
am*, Zechlini natam an. c1515LXVIII. vi. Iunii, quae Chri-
stiano I. Electori Saxoniae nupsit an. c1515LXXXII. decessit
an. c1515CXII. vii. Decembris. (2) Ex tertia uxore, praeter
illos, qui ante partum extincti, nati sunt septem filii, qua-
tuor filia. I. *Christianus*, n. a. c1515LXXXI. xxx. Ian. Baruthi-
nae lineae conditor. (3) II. *Ioachimus Ernestus* n. an. --- LXXXIII.
xii. Iunii, sator lineae Onoldinae. (4) III. *Fridericus*, an. ---
LXXXVIII. xxii. Martii Berolini natus, cum in Academia
Francofurtana, & in illustri Collegio Tubingensi ali-
quandiu vixisset, ac postea Galliam, Angliam, Scotiam
& Belgium peragrasset, an. c1515CX. Ordinis Equitum Io-
hannitarum per Marchiam, Saxoniam, Pomeraniam &
Vandaliam Magister (des Iohanniter-Ordens Heermei-
ster) creatus, anno sequenti Sonneburgi obiit, ac Custrini
sepultus est. (5) IV. *Georgius Albertus*, n. a. c1515CXI. xx.
Nov. an. c1515CXIV. Magister laudati Ordinis factus, ibi-
dem sequenti anno moritur, ac Custrini sepelitur. (6) V.
Sigismundus an. c1515CXII. xx. Novemb. Berolini natus, sub
Spinola copias in Belgio duxit, (7) praefectus Cliviae consti-
tutus, inducias inter Polonos & Svecos in annos XXVI.
promovit, eoque nomine a Prussicis Ordinibus donati-
vum accepit. (8) Demum Cliviae terrenis valedixit anno
c1515CXI. VI. *Iohannes*, an. c1515CXVII. xiii. Iul. natus, Spinolae
etiam militavit, & postea sub Wallensteinio tribunus Cae-
sareae legionis fuit: sed an. c1515CXVII. xiii. Sept. bello con-
tra Danos mortuus (9) & sequenti anno Culmbaci sepul-
tus

tus est. (10) VII. *Iohannes Georgius*, posthumus Croſnæ n. an. 1518. iv. Auguſti, atq; ita, quod rariffimi eſt exempli, lxx. annis primogenito fratre ſuo minor, *Junior* ob nepotem ſuum dictus, (11) tribunum in fratris ſui Iohannis legione egit, an. 1537. cum Henrico Duce Saxo-Lauenburgico tres legiones in gratiam Cæſaris conſcripſit, ac an. 1537. xxvii. Ianuar. Creiſhemii vita abiit. (12) Filiæ fuerunt ſequentes. I. *Magdalena*, Berolini nata an. 1537. vii. Ianuar. nupta Ludovico Haſſiæ Landgravio, Darmſtadii mortua an. 1536. iv. Maji. II. *Agnes*, n. an. 1534. a morte Philippi Iulii, Ducis Pomeraniæ, Franciſci Caroli, Ducis Saxo-Lauenburgici ſecunda uxor, (13) mortua a. 1539. III. *Elifabetha Sophia*, n. an. 1539. iv. Iulii, conjuncta primo Iohanni (Ianuſio) Radzivilio, Duci in Bierze, Dubinki, Slazco & Kopyl, deinde Iulio Henr. Duci Saxo-Lauenburgenſi, m. an. 1539. xxiv. Decemb. IV. *Dorothea Sibylla*, n. an. 1539. xix. Octob. nupta Iohanni Chriſtiano, Duci Lignicenſi, de mortua Brigæ an. 1535. ix. Martii.

(1) Ita Cernitius & Rentschius. Sed Rittershuſius & Spenerus obitſſe ſcribunt an. 1538. (2) Rittersh. habet III. Decembr. Mirum qui Limnæus l. V. c. VII. ſcribat, mortuam an. 1533. (3, 4.) De Chriſtiano, & Joachimo Erneſto alibi, Deo volente, diſpiciemus. Rittershuſius J. Erneſtum X. Junii tradit natum. (5) Cernitius pag. 68. Limnæus d. l. Spenerus p. 444. Rentschius p. 476. (6) Iidem. (7) Spenerus p. 444. (8) Rentschius p. 478. (9) Spenerus d. l. (10) Rentschius. (11) Spenerus. (12) Rentschius p. 479. (13) Hunc alterum *Agnetis* maritum tacent Cernitius & Rentschius.

VIII. LXII. IOACHIMVS FRIDERICVS Elector an. 1546. 1546. xlvii. Ian. Berolini ſemivivus utero materno extra-

tractus, vino Malvatico, aliisque preciosis aquis lotus, divina providentia servatus fuit. (1) Cum annum ageret septimum, ab excessu Friderici patruī Episcopus Havelbergensis, inde anno MDLV. Lebusiensis Episcopus renuntiatus est, patre interim filii nomine Episcopatus regente. 1555.
 (2) Accrescentibus annis aulam Maximiliani II. Imp. aliquamdiu secutus, sub ejusdem auspiciis in Vngaria militavit an. MDLXV. (3) Cumque alter ejus patruus Sigismundus Archiepiscopus Magdeburgensis an. -- LXVI. factis concederet, Administrator Archiepiscopatus postulatur, (4) approbante illam postulationem literis ad cathedrales scriptis (5) laudato Imp. summoque cum applausu Procerum & Ordinum exceptus, in id unice incubuit, ut symbolum, quo per omnem vitam usus, *Initium sapientis timor Domini*, re ipsa declararet. (6) Sic igitur templum cathedrale per motus bellicos diu clausum anno --- LXVII. aperuit, ac cetera quoque monasteria a fermento Papistico repurgavit. 1567.
 (7) Licet vero Pontificii ejus conatibus vehementer obsisterent, ac Imperator quoque, ob contractum cum *Catharina* patruī magni Iohannis filia, matrimonium, regalia differret, in quieta tamen possessione nihilominus mansit: (8) nisi quod aliquoties de hac causa cum Pontificiis necessum habuerit decertare in comitiis. An. -- LXXIV. Henricum Valesium, designatum Poloniae Regem Hallis magnifice excepit. 1574.
 (9) Anno sequenti dominia Bescovienſe & Storcovienſe, loco hypothecæ fociro & focru demortuis ad se transmissa, parenti hereditariam successionem a Maximiliano II. impetranti libens cessit. 1575.
 (10) An. -- LXXVIII. simultaneam investituram Ducatus Prussiae per contactum vexilli nominatim indeptus est. (11) Gliscensibus tum temporis in religione dissidiis, 1578.
 trium

- trium Electorum secularium & aliorum Principum votis, adhibito Theologorum consilio, subscripsit. (12) An. --
1579. LXXIX. dedita Magdeburgo subditos in fidem suscepit. (13)
1582. An. -- LXXXII. Imp. Rudolpho prima Comitia Augusta indicente, cum de sessione Magdeburgensi lites ei moverentur, cedere loco, quam juri suo maluit. (14) An. -- LXXXVII.
1587. Conventui Numburgensi, quo confraternitas Saxonica, Brandenburgensis & Hassiaca confirmabatur, interfuit.
1590. (15) An. -- xc. Christianum I. Electorem Saxoniae inuisit Dresdae, cum quo profectus Torgam, ibidem de suppetiis Henrico IV. Galliae Regi mittendis egit. (16) An. sequenti laudati Electoris Saxonis funus Freibergam usque comitatus est. (17) An. -- xcii. Thermas Carolinas valetudinis gratia adit. (18) In his thermis nuncium de electione filii *Iohannis Georgii* in Administratorem Episcopatus accepit: quae tamen electio ob antagonistam Carolum Lotharingum, multarum curarum turbarumque causa fuit.
1595. (19) An. -- xcvi. varia itinera confecit. (20) An. -- xcvi. ad coronationem Christiani IV. Daniae Regis Hafniam profectus, in mari Balthico ex tempestate extremum vitae subiit periculum. (21) Non diu post Regi filiam despondit Annam Catharinam, quam Haderslebiu in Holsatiam deduxit, nuptiis ibidem celebratis. (22) In reditu cum nuncium de parentis lethali accepisset morbo, eundem Berolini decumbentem celeriter inuisit, ac ineunte an. ---
1598. xcvi. placide vitam functum luxit. (23) Homagio a subditis praestito, praeter religionis studium Reip. negotia sedulo procurans, legatos Geram in Voigtlandiam misit, pactis, quae postea Geraviensia fuere dicta, cum Georgii Frederici Marchionis legatis finem imposituros. (24) An. ---
1599. xcix. investituram tam Germanicorum, quam feudorum

Bo-

Bohemicorum impetravit. (25) An. CIÖICII. in comitiis 1602.
 provincialibus de arduis rebus ad salutem provinciarum
 pertinentibus cum Ordinibus consultavit. (26) Anno
 CIÖICIII. agnato Georgio Friderico mortuo, cum patruis 1603.
 Christiano & Ioachimo Ernesto fratribus de successione
 in Franconia et Iägerndorfenſi Ducatu tranſegit, ac post-
 ea exequias Georgii Friderici praesentia sua ornavit. (27)
 Reversus per legatum Ioachimum Hubnerum curatelam
 aëri Ducis Prussiae Alberti Friderici a Sigismundo III. Po-
 loniae Rege secundum pacta petiit, ac biennio post impe-
 travit. (28) Postmodum possessionem Ducatus Iägerndor-
 fici adiit, subditis ei homagium lubenti animo praestanti-
 bus. (29) An. -- IV. Collegium Consiliariorum secretius 1604.
 instituit: quod institutum successores profecuti sunt. (30)
 An. -- V. per regium diploma curator aëri Principis cum 1605.
 titulo Ducis Prussiae constitutus, praesentibus legatis regis
 subditos sibi per homagium obstrinxit. (31) Cum autem
 ei de successione moverentur scrupuli, seq. anno legatos 1606.
 misit in Poloniam, qui Varſavia redeuntes a seditiosis Ra-
 cossianis indigne sunt tractati. (32) Eodem anno Iubilaeum
 Academiae Francofurtanae celebrari curavit. (33) Anno --
 VII. pro cultu juventutis Marchicae illustre gymnasium in 1607.
 valle Ioachimica erexit, ac dedicavit. (34) Denum cum
 Coloniae aliquas ceremonias curasset aboleri, ac aedem
 cathedralem S. Trinitatis titulo mactasset, (35) sermonem
 inauguralem habente D. Christophoro Pelargo, in Prae-
 fecturam Storcovienſem profectus, morbum invetera-
 tum, compressionem nempe orificii ventriculi ex flatu-
 bus sentiens, Berlinum accelerans, in carpento prope Co-
 pnicium exspiravit an. CIÖICVIII. die XVIII. Iulii, ex quo
 vixisset annos LXII. menses v. septimanas tres. (36)

- (1) Angelus l. III. p. 335. Cernitius p. 80. Spenerus p. 444. Rentschius p. 479. (2) W. Justus in *Geneal.* Angelus p. 331. 333. Cernitius d. l. Rentschius p. 480. (3) Cernitius. (4) Chytraeus *Saxon. l. XXI. p. 563. f.* Angelus p. 364. Rentschius pag. 481. (5) Cernitius. (6) Idem. (7) In hujus rei memoriam in Magdeburgensi cathedrali templo trahi cuidam choro incumbenti aureis literis hæc leguntur inscripta: ANNO DOMINI M. D. LXVII. DOMINICA I. ADVENTVS REPVRGATVM EST HOC TEMPLVM CATHEDRALE ET INCHOATA PVRA EVANGELII PRÆDICATIO ET LEGITIMA SACRAMENTORVM ADMINISTRATIO EXPLOSO ANTICHRISTO VENI. VIDE. AVDI. Repetunt hanc inscriptionem Auctores *Chron. Saxon. Germanici p. 667.* Reineccius p. 47. Cernitius p. 81. P. Bertius l. III. *Rev. Germanicar. p. 605.* Rentschius p. 481. (8) Schardius *de rebus gestis sub Maximiliano II. Imp. p. 2441.* Thuanus l. XLVII. Cernitius p. 81. Michael Caspar Lundorpius in *Continuat. Sleidani Tom. II. lib. X.* Spenerus p. 445. (9) Thuanus l. LVII. Cernitius d. l. Olearius Halygraph. *part. II. p. 29.* (10) Cernitius. (11. 12.) Idem. (13) Reineccius p. 47. Cernitius. Pompam hujus introitus Magdeburgici eleganti carmine descripsit M. Ioh. Pomarius. (14) Cernitius p. 82. Rentschius p. 483. (15) Cernitius & Rentschius d. l. (16) Idem. (17) Cernitius. (18) *Ob collum brachium,* ait Cernitius. (19) Chytraeus *lib. XXIX. p. 81.* Thuanus l. CIV. Angelus l. III. p. 411. Cernitius p. 84. (20) *Primum Onolspackium, deinde Heidelbergam, ubi Conventus multorum Principum institutus erat, & postmodum Stugdardiam ac Argentinam:* Cernitius d. l. (21) Idem. (22) Angelus p. 442. Cernitius p. 85. (23) Angelus & Cernitius. Rentschius p. 484. (24) Cernitius p. 86. (25) Idem. (26) Cernitius ad *Recessum de his negotiis publicatum* provocat. (27) Auctor *Continuat. Chytræi p. 78. f.* Lundorpius *Sleidani continuat. Tom. III. l. IX. p. 488. 490.* Cernitius, Spenerus, & Rentschius. (28) Cernitius p. 87. Hartknochius in *Hist. Prussica parte II. c. II. p. 345.* (29) Cernitius. (30) Rentschius p. 484. Primi in hoc

hoc Collegium recepti fuere: Comes Hieronymus Schlikius; Baro Rbetius: Cancellarius Iohannes Lobenius: Christophorus Wal- lenfelsius: Hieronymus Dyscovius: Procancellarius D. Christopho- rus Benekendorffius: D. Fridericus Pruckmannus: Simon Valricus Pistoris, & Ioachimus Hübnerus. Cernitius p. 88. (31) Idem, & Rentschius. (32) Racossanis id tribuit Cernitius p. 89. sed Co- sacis & Masferis Auctor continuati Ceytrai p. 124. Lunder- pius Continuati Sleidani Tom. III. l. XIII. p. 807. Miror curid prætereat Pfafecius. (33) Cernitius p. 88. Rentschius p. 485. (34) Idem & Spenerus. (35) Idem. (36) Idem. Reufnero dies emortalis est XX. Iulii.

LXIII. Prima uxor *Catharina*, quam duxit an. MDCC- LXX. quæq; Colonia an. MDCCII. XXX. (Rittersh. XXIII.) Sept- mortua; Patrem eum fecit novem liberorum. (1) Hi fuere sequentes: I. *Iohannes Sigismundus* Elector. II. *Iohannes Georgius*. III. *Augustus* Hallis natus an. MDCLXXX. XVII. Febr. Coloniae tabe consumptus an. MDCCI. XXIII. April. IV. *Albertus Fridericus* n. an. MDCLXXXII. XXIX. Apr. (2) m. an. MDCC. III. Dec. V. & VI. *Ioachimus & Ernestus* gemelli, nati an. MDCLXXXIII. XIII. Apr. quorum ille decessit Dres- dæ an. MDCC. X. Iunii; hic autem fratris Electoris nomi- ne Iuliacensibus provinciis aliquamdiu præfuit, (3) anno MDCCXI. magister Ord. Iohannitarum per Marchiam, Saxoniam, Pomeraniam & Wandaliæ factus, (4) anno MDCCXIII. XIX. Septembr. Coloniae vivere desit. VII. *Christianus Wilhelmus*. VIII. *Anna Catharina*, (5) n. an. MDCLXXV. XXVI. Iun. Christiani IV. Daniæ Regis conjux, denata Hafniæ an. MDCCXII. XXIX. Martii. IX. *Barbara So- phia*, n. an. MDCLXXXIV. XVI. Nov. Iohanni Friderico Duci Würtembergico nupta an. MDCCX. mortua an. MDCCXXVI. Ex altera uxore *Eleonora*, Alberti Friderici Marchionis Brandenb. Ducis Prussiæ filia, quam duxit an. MDCCIII. ac

an. c1111cviij. decessit, non nisi filia auctus est *Maria Eleo-*
nora, Colonia nata an. c1111cviij. xxij. Martij, an. c1111c-

xxxij. Ludovico Philippo, Palatino-Simmerano despon-
 fata, an. c1111cclxxv. exstincta.
 (1) Thuanus l. XLVII. *Uxorem duxit Catharinam, Johannis patri*
fiam, ex qua numerusam subolem sustulit, opportuno ad illustri-
simam gentem, que fere ad solitramem redacta fuerat, prop-
riam subsidio. Lundorpius Sleidanus contineat l. X. p. 111. (2) Rit-
tersh. XI. April. (3) Lundorpius d. l. Tom. III. lib. XV. p. 243.
Cernitius in Iob. Sigismundo p. 95. (4) Rentschius p. 417. (5)
Reineccio p. 48. tantum audit Catharina.

LXIV. *Iohannes Georgius*, Ioachimi Friderici Ele-
 ctoris filius an. c1111cclxxvij. xvi. Dec. Wolmersteti natus,
 a. c1111cclxxxvij. cum fratre Iohanne Sigismundo Argen-
 toratum studiorum causa missus, (1) virtute & humanitate
 1592. sua meruit, ut anno c1111cxij. Administrator Episcopatus
 Argentoratensis ab Evangelicis Canonis eligeretur:
 cum contra Pontifici in Carolum Lotharingæ Ducem
 consentirent. (2) Magna exinde nascebantur turba & tu-
 multus bellici, (3) quorum pertæsus pater, tandem filio au-
 ctor est Episcopatum resignandi: quod is faciens Jägernd-
 dorfsensem Ducatum a morte Georgii Friderici vacantem
 1607. accepit anno c1111cxcvii. ac ducalem arcem magnifice ex-
 1613. ornavit. (4) Anno c1111ccxiii. nomine fratris Electoris Iu-
 liacensem provinciam administravit. (5) Anno c1111ccxvi.
 1618. auctus est Magisterio Ordinis Iohannitici. (6) An. c1111cc-
 xviii. utriusque Silesiæ Ordinum Dux bellicus constitu-
 tus, adeoque sequentium annorum turbis Bohemicis in-
 1621. volutus, Silesiam & Moraviam an. c1111ccxxi. infestat. Ob
 hoc a Ferdinando II. proscriptus, & Ducatu Jägerndor-
 fensi privatus, Bethleni Gaboris conatus in Vngaria iuvit,
 1624. (7) annoque c1111ccxxiv. ii. Martij Leutschoviæ mortuus,
 Cas-

Cassovia sepultus est. (8) Ex *Eva Christina*, Friderici Ducis Wurttembergici filia, quam duxit anno 1610. genuit *Georgium* an. 1613. xxxi. Ian. Iägerndorfii natum, sequenti anno x. Nov. Berolini extinctum: *Albertum* anno 1614. x. Aug. natum, anno 1619. demortuum. *Ernestum*, Iägerndorfii an. 1617. xviii. Ian. natum, qui in Wurttembergica aula aliquamdiu vixit, tum Produx etiam Berolini fuit. Qua in statione an. 1621. xxi. Sept. decedens Iägerndorfensem clausit lineam.

(1) Cernitius in *Ioachimo Friderico Electore* p. 82. Spenerus p. 455. Rentschius p. 915. (2) Cernitius p. 85. 86. Rentschius p. 415. f. (3) Legendi de hoc bello Argentinenfi Chytræus *Saxon. lib. XLX.* p. 851. Thuanus *l. CIV. CV.* Lunderpius *Scidani continuari lib. XXXII.* p. 868. seqq. & *Tom. III. lib. XI.* p. 558. seqq. Carolus Carafa *de Germania sacra restaurata pag. 48.* f. Tobias Pfannerus in *Historia Pacis Westphalica l. I. §. VII.* p. 19. f. (4) Zeilerus *Itinerar. Germ. cap. XXX.* p. 634. Spenerus p. 455. Rentschius p. 133. & 917. (5) Auctor *continuati Thuan. l. VI.* p. 372. (6) Rentschius & Spenerus. (7) De hujus Marchionis Iägerndorfii gestis bellicis & profcriptione inter ceteros agunt Nicolaus Bellus in *Desterreichischen Lorbeer-Krang l. IV.* p. 441. 475. l. V. p. 504. 509. 552. 559. 562. 587. l. VI. p. 613. Adolphus Brachelius *Historiar. nostri temporis lib. I.* p. 35. 39. Carafa *de Germania S. restaurata* p. 124. 126. 131. Ioh. Cluverius in *Epitome Historiar. p. 739.* Wassenbergius in *Flora German. p. 23.* Paulus Piasocius in *Chron. p. 248.* seqq. (8) Pfannerus *de Princip. German. p. 179.* Spenerus p. 455. Rentschius p. 915.

LXV. *Christianus Wilhelmus* (1) anno 1617. xviii. Augusti Wolmersteti natus, ex quo Pater Electoratum, ipse Archiepiscopatus Magdeburgensis administrationem indeptus, annoque 1628. xxi. Augusti solenni ritu inauguratus, summæque rerum præfectus fuit.

(2) Quod autem an. 1625. i. cum Christiano IV. 1626.

Daniæ Rege, affini suo, foedere, arma contra Ferdinandum II. Imp. tulisset, proscriptus, (3) & a suis quoque, qui adversus pacta (Capitulationem vocant) quædam designasse causabantur, (4) desertus, externa circumspexit præsidia. Demum itaque confugit ad Gustavum Adolphum, Sveciæ Regem, petendæ opis & æris impetrandi ergo, quo militem conscriberet. (5) Interim Canonici Magdeburgici metuentes, ne dignitas Archiepiscopalis in manus Pontificii veniret Principis, Augusto Saxoni, quem jam tum Coadjutorem postulaverant, Archiepiscopatum con-
 1628. tulerunt an. MDCCXXVIII. (6) cui Cæsar, auctoritate Pontificia adjutus, Leopoldum Wilhelmum filium opponit. At Christianus Wilhelmus, qui id temporis adhuc in Svecia commorabatur, de his turbis factus certior, non destitit postulata sua apud Regem urgere enixius: qui de auxiliis spem certam, & potestatem facit, ut ab argentariis & mercatoribus, quantam ubique posset, pecuniam, in nomen ac fidem suam sumeret mutuam: addita adhortatione, ne cæpta præcipitaret, sed caute ac lente ageret. (7) Ille vero tentatis prius per fidum ministrum Magdeburgicorum animis, festinato itinere per medios hostes
 1630. Magdeburgum ignotus venit exeunte Iulio an. MDCCXXX. ibique rebus ex sententia fluentibus, ipsis Augusti Kalendis in magna civium frequentia foedus cum Rege Svecorum publice percussum est. (8) Mox publico edicto (9) omnes Archidæcefeos incolas ad expellendum religionis ac patriæ hostem in armis sibi præsto esse iussit. Delectus itaque pro se ac Rege Sveciæ instituit, & cohortes aliquot Wolmerstadium & Calbam mittit, quæ Cæsareanis inde abactis cum copioso comœatu, ac monachis captivis in urbem reversæ sunt. Bernburgum quoque Anhaltini Prin-

Principatus oppidum vicepit. Per hos successus factus animosior, majora spirare, & Hallas intercipere aggressus est. Hallenses antea de coeptis moniti plerique Domino suo faventes, eundem dato signo cum milite admittebant, cumque Caesareani in arcem Mauritianam confugerent, Administrator eos obsidere & admotis tormentis oppugnare coepit. Sed postquam Tillium contractis copiis sibi reditum pracludere velle accepisset, relictis tormentis omnique apparatu, Magdeburgum se recepit. Non multo post arcem Mansfeldicam per Nicolaum Bockium tribunum interceptit. Crebra exin velitationes inter Caesareanos & Magdeburgenses commissa; donec Tillius & Pappenhemius urbem obsidione cingerent. Venit tamen in tempore a Sveciae Rege missus Theodorus Falckenbergius, animosque magistratui, & plebi auxit. (10) Prius tamen quam Tillius extrema tentaret, missis aliquoties ad Christianum Wilhelmum, Falckenbergium, & magistratum literis (11) monuit, ut maturata deditione imminente se excidio subtraherent. Ad ultimas cum per biduum frustra responsum expectasset Tillius, die x. Maji signo dato urbem invadit; cum Administrator & Falckenbergius in curia cum primoribus urbis de responso Tillio dando deliberarent. Primus Pappenhemius districto gladio suos antegressus, qua novum oppidum spectat, vallo potitus est. (12) Huic provolans e curia Falckenbergius cum globo militum civiumque occurrit: & nonnihil retro pulsus cessurus videbatur Pappenhemius, nisi Falckenbergius inter promptissimos dimicans occubisset. Taceo expugnationem Magdeburgi & flebile incendium, (13) & ad Christianum Wilhelmum revertor. In expugnatione urbis glande plumbea sinistrum

- strum crus trajectus, & caput graviter contusus, in Pappenheimii potestatem venerat. (14) Hic eum ad Caesarem Viennam, Caesar Neustadium abduci & in custodia haberi iussit. Ibidem frequenter ad illum itarunt sacerdotes Pontificii, & ad amplectendam religionem Papalem induxerunt, quam denique ritu solenni in sacello aulico professus est. (15) Nec id tantum, verum etiam suo
1634. sub nomine *Speculum Veritatis* evulgari fecit an. MDCCCXXXIV. cui Caspar Erasmus Brochmandus, Hafniensis, & Melchior Nicolai, Württembergicus Theologi, responderunt. (16) E custodia liberatus maluit apud Imperatorem manere, quam ad suos reverti, ne (ut volunt aliqui) magis liberationis ac pietatis causa Confessionem Augustanam abdicasse videretur. (17) An. MDCCCXXXV. per Pragensem pacis capita quando Augusto Saxoni Archiepiscopus Mageburgicus maneret, Marchioni nostro quotannis XII. talerorum millia adscribebantur, ipso in dynastia Austriae Seefeldio commorante. (18) Sed an. MDCCXLVIII. per decretum pacis Westphalicæ, loco laudatæ summæ, cœnobium & præfecturam Zinna & Loburg accepit: indeque sibi suisque prospiciens in ipso anni MDCC
1665. LXV. exordio decessit, nulla prole mascula e triplici matrimonio suscepta.

Prima uxor fuit *Dorothea*, Henrici Iulii Ducis Brunsvicensis filia an. MDCCXLIX. mortua, mater *Sophie Elisabethæ* an. MDCCXVI. XXII. Jan. natæ, Friderico Wilhelmo Duci Saxo-Altenburgensi an. XXXVIII. nuptæ, annoque LVI. Martii de mortuæ, multo relicto sui desiderio. (19) Altera erat *Barbara Eusebia*, Iaroslai a Martiniz, supremi in regno Bohemiæ Burggrayii filia, supremi Iudicis provincialis Bohemiæ Comitum in Zvvirben, vidua, quam

an.

an. CIIOCL. ducens an. -- LVI. mense Iunio amisit Pragæ:
ubi tertiam sibi conjunxit Comitem a Trautmansdorf.

(1) Hujus historiæ summam ex *Magdeburgensis historia Mss.* excerptissimus: sed plenius atque exactius omnia tradentur (si Deo & Mæcenatibus ita visum) in *Magdeburgensis historiæ*, cujus *Antiquitates* nuper emisimus, continuatione. (2) Hanc dignitatem ipsi gratulatus est celebris Ictus Arnoldus de Reyger, Oratione eleganti *de Principis boni dignitate, & officio.* (3) Brachelius *l. III. p. 143. l. IV. p. 175.* (4) Vid. Epistola Electoris Saxonie Joh. Georgii I. ad Imp. Ferdinandum *Theatri Europæi Tomo I. ad an. CIIOCCXXXVIII. p. 1083.* (5) Brachelius *d. l. Spenerus p. 447.* (6) Carolus Carafa in *Commentario de Germania sacra restaurata p. 394.* Brachelius *l. III. p. 143.* (7) Joh. Loecenius *Histor. Suecica l. VIII. p. 575.* Brachelius *l. IV. p. 174.* (8) Joh. Lud. Gottfried *Inventarii Suecicæ part. II. p. 249.* Carafa *de Germania S. restaurata p. 417.* Brachelius *p. 175.* (9) Habetur hoc edictum in Lungvitzii *Schwed. Lorbeer-Kranz part. II. c. XLII. p. 282.* in Gottfrieds *Inventario Suec. p. 250. s. ut & Tomo II. Theatri Europæi p. 265.* (10) Videantur de hæcenus dictis Carafa *p. 417. seq.* Wassenbergius in *Floro Germanico p. 170. seqq.* Petrus Baptista Burgus in *Marte Sueco-Germanico l. I. p. 43.* Brachelius *d. l. Loecenius d. l. Lungvitzius & Gottfried. d. l. Theatrum Europæum Tom. II. p. 264. seqq.* (11) Harum exempla habentur in Lungvitzio *c. LVIII. p. 398. seqq.* Gotfrid *p. 318. seqq.* Theatro Europæo *T. II. p. 355. seqq.* (12) Carafa, Brachelius, Joh. Horatius Scoglius in *Chronologia Ecclesiastica sue historiæ addita.* (13) Plenius de hac *πρωτοειρα* Magdeburgensi agunt Lungvitzius in *Schw. Lorbeer-Kranz part. II. c. LVIII. p. 386. seqq.* Gottfried *p. 310. seqq.* Carafa *p. 437. --- 444.* I. B. Burgus *p. 96. --- 113.* Wassenbergius *p. 170. --- 189.* Piafecius *p. 427. s. Brachelius l. IV. p. 187. seqq.* Petrus Lansbergius in *Bello Germanico Gustavi Magni p. 259.* Cluverius in *Append. Epitom. Historiar. p. 771. seqq.* Theatrum Europæum *Tom. II. p. 354. --- 373.* (14) Carafa *p. 443.* Brachelius *p. 190.* Spenerus *p. 447.* (15) Brachelius *p. 220.* (16) Brochmandi

mandi *Lychnus Speculo veritatis Pontificio oppositus* prodiit an. 1610. cui an. --- xxxviii. nomine Christiani Wilhelmi respondebatur *Speculo Veritatis apologetico, Colonia excuso*. Sed prodiit an. --- lii. Brochmandi *Confutatio Apologiae*. Melchioris Nicolai Refutatio *Speculi* edita Tubingæ anno --- xliii. cui cum rescriberet Iodocus Kedd, Iesuita, an. --- llii. D. Nicolai elegans scriptum, cui titulus; *Nihil non ad rem*, anno ætatis lxxv. opposuit. (17) Brachelius l. IV. p. 220. Vid. *Theatrum Europæum Tom. II. p. 599.* (18) Rentschius in *Brandenb. Zeder-Hein p. 908.* (19) Spenerus p. 447.

- IX. LXVI. IOHANNES SIGISMUNDVS Elector, Io-
 1572. achimo Friderico an. 1610. lxxii. viii. Nov. Hallis cum-
 exorta nova stella in Cassiopea (1) natus, ab avo Iohanne
 1588. Georgio educatus, donec an. --- lxxxviii. una cum fratre
 Ioh. Georgio Argentoratum mitteretur. Vnde vigesimum
 ætatis annum vix egressus, sponsalia celebravit cum Anna
 Brandenburgica, Alberti Friderici Prussiæ Ducis filia,
 1594. nuptiis an. 1610. xciv. Regiomonti, altero ab adventu ejus
 1595. in Prussiam anno, celebratis. (2) An. --- xcvi. rediit in Mar-
 1596. chiam ad avum Custrini tum agentem, annoque sequen-
 ti Hallis variolis corripitur. (3) Recepta valetudine una-
 cum Patre interest coronationi Christiani IV. Daniæ Re-
 gis: post reditum avo morituro ad extremum halitum om-
 ni solertia inservit. (4) Avo vita functo, cum Pater in
 Electoratu succederet, assignatur ipsi arx & præfectura
 Zechlinensis: (5) qua vix occupata, in Prussiam protrahi-
 1599. tur an. --- xcix. juribus Domus Brandenburgicæ ultra tri-
 1602. ennium ibidem invigilans. (6) Et licet an. 1610. cii. Co-
 mitiis interesset Marchicis, retractus tamen statim fuit in
 Prussiam, svasu Georgii Friderici Marchionis, Curatoris
 tum temporis & Administratoris Ducatus. Neque ipsum
 impedit lues, quæ Regiomontum invaserat; quin potius
 in

in oppido Heiligenbeil/ ubi Ordines Prussiae convenerant;
 Ducatus negotia satis solerter & accurate expedit. (7) E
 Prussia deinceps per Marchiam iter in Franconiam insti-
 tuit, cumque Georgium Fridericum cum morbo lethali
 confligentem praeter expectationem offenderet, eidem
 usque ad beatum excessum adfuit. (8) Hoc demortuo,
 de provinciis Franconicis, consentiente patre suo, cum
 Christiano & Ioachimo fratribus, amica compositione
 transegit. (9) An. MDCCV. Heidelbergae nuptias primo-1605.
 geniti cum Friderici IV. Electoris Palatini filia procurat.
 (10) Interea dum denuo in Prussiam concedit, moritur
 Pater: cumque Prusis motibus minus fideret, vicarium
 Electoralibus provinciis dedit Adamum Gans, Baronem
 de Putlitz, (11) & praeter successionem in Electoratu, et-
 iam curatelam Prussicam a Sigismundo III. Poloniae Rege
 obtinet an. MDCCIX. (12) In Marchiam dein reversus, ju-1609.
 ramento sibi obstringit Consiliarios & civitates prima-
 rias; nobiles autem & reliquas civitates per legatos. (13)
 Eodem anno Iohanne Wilhelmo Iuliacensi & Clivenfi
 Duce, avunculo uxoris mortuo, possessionem illarum ter-
 rarum sibi vindicat: obnitate inprimis Wolfgango Wil-
 helmo, Palatino Neoburgico. Intercedente tamen Mau-
 ritio, Hassiae Landgravio, pacta Tremoniae inita; ut bipar-
 tita regiminis forma ad tempus constituta, conjunctis ani-
 mis & viribus publico bono consulerent. (14) An. --- X. 1610.
 Vnioni Ligae Pontificiorum oppositae subscribit. (15) Se- 1611.
 quenti anno Iutebocensem conventum praefens, (16)
 Coloniensem, Xanthensem, quo aequalis provinciarum
 Iuliacensium divisio inter ipsum & Neoburgicum insti-
 tuta, (17) & alios per legatos adiit. Eodem anno feudum
 Prussicum, sed legibus paulo durioribus circumscriptum

Varavia accepit. (18) Ab obitu Rudolphi Cæsaris, electionem Matthiæ Francofurti an. - xii. promovit, (19) & 1613. an. --- xiii. Ernesto fratri in vicario Iuliacensium regimine Georgium Wilhelmum primogenitum substituit. (20) 1614. An. -- xiv. Reformatæ religioni accedens, a templo S. Trinitatis Colonia fecit initium, vulgata etiam Confessionis suæ formula. (21) Deinde cum aliis Principibus Numburgum abiit, ob pactorum hæreditariorum inter Saxonicam, Brandenburgicam & Hassiacam familias renovationem. (22) Demum cum anno 1617. alterum Electoralis dignitatis in sua familia continuatæ sæculum celebrasset, cum tota aula in Prussiam se contulit: ubi cum aliquamdiu ex apoplexia paralyticus decubisset, domum reversus, filio paucis ante obitum hebdomadis electorales fasces resignans, Berolini in ædibus Antonii Freitag/cubicularii sui intimi, conjugæ ac liberis presentibus, moritur, an. 1619. Decembr. posteaque ad latera majorum Colonia in templo cathedrali reponitur. (23) Vxor autem Colonia an. 1635. decedens mense Martio Regiomonti humatur. (24)

(1) Andr. Angelus *Chron. March. l. III. p. 369.* Cernitius p. 92. Spenerus p. 448. Rentschius p. 487 (2) Hartknochius *Histor. Prussica parte II. cap. II. p. 344.* Rentschius p. 490. (3) Cernitius p. 93. Rentschius d. l. (4) Idem *ibid.* (5) Cernitius p. 94. Spenerus p. 448. (6) Cernitius d. l. Rentschius p. 491. (7) Cernitius & Spenerus d. l. (8) Cernitius & Rentschius. (9) Cernitius, Spenerus, & Rentschius. (10) Cernitius. (11) Idem p. 95. Spenerus d. l. (12) Cernitius, Spenerus, Rentschius. Hartknochius d. l. p. 345. (13) Cernitius. (14) Chytraeus continuatus p. 160. Lundorpii Sleidanus continuatus *Tom. III. l. XV. p. 932 seqq.* Gramondus *Histor. l. I. p. 13.* Thuanus continuat. *lib. II. p. 57. seqq.* Cernitius, Carata *de Germania restaurata* p. 54. Spenerus, Pannerus in *Historia Pacis l. I. §. IX.*

IX. p. 25. Rentschius p. 92. & 473. (15) Cernitius p. 96. Rentschius p. 494. (16) Thuanus contin. l. IV. p. 221. (17) Spenerus p. 448. (18) Thuanus contin. l. IV. p. 237. Cernitius & Spenerus d. l. Hartknochius p. 345. Vid. Privilegia Statuum Prussiae Brunsbergæ impressa an. MDCCXVI. (19) Cernitius p. 97. Thuanus contin. l. V. p. 279. (20) Cernitius p. 97. Rentschius p. 495. (21) Id. Thuanus contin. l. VII. p. 396. Rentschius d. l. (22) Cernitius. (23) Idem p. 98. Spenerus, Rentschius p. 496. f. Cernitius p. 90.

LXVII. Ex laudata uxore Anna nati sunt quatuor filii, ac totidem filia. I. *Georgius Wilhelmus* successor. II. *Ioachim Sigismundus*, Colon. anno MDCCIII. xxv. Julii natus, non diu postquam Magister Ordinis Iohannitici factus, an. MDCCXXV. xxiii. Febr. obiit. III. *Iohannes Fridericus* an. MDCCVII. xvii. Augusti Zechlini natus, sequentis anni 1. die Martii extinctus. IV. *Albertus Christianus*, Coloniae an. MDCCIX. vii. Martii natus, mense nondum exacto denatus. V. *Anna Sophia*, Colon. nata an. MDCCVIII. xvii. Martii, Friderico Ulrico Duci Brunsvico-Luneburg. juncta an. MDCCXIV. quæ deinceps diu vidua Scheningæ egit, ac Berolini decessit an. MDCC.... VI. *Maria Eleonora*, Regiomonte nata, an. MDCCXIX. xi. Novembr. Gustavo Adolpho Sveciæ Regi nupta Holmiæ, ac coronata an. MDCCXX. anno MDCCLV. vita functa. VII. *Catharina*, an. MDCCII. Regiomonti nata, an. MDCCXXVI. Bethleno Gabori Principi Transylvaniæ, & anno MDCCXXXIX. Francisco Carolo Duci inferioris Saxoniae cõjuncta, quæ an. MDCCXLIX. decessit. VIII. *Agnes*, quæ nata Zechlini an. MDCCVI. xxxi. Augusti, moritur anno MDCCVII. xii. Martii.

LXVIII. GEORGIVS WILHELMVS Elector, an. X. no MDCCXCV. iii. Novembris Coloniae natus, Patrem non 1595.

- modo & avum, sed (quæ rara est felicitas) & proavum]
1611. Iohannem Georgium vidit. (1) Anno 1610. in Academia Francofurtanâ cum Ephoris suis missus literarum studii navavit operam. (2) Anno sequenti Francofurti ad Mœnum electioni adfuit Cæsareæ, ac novo Cæsari Matthis gratulatus est. (3) Anno 1613. post obitum Ernesti Marchionis in Iuliacensem Ducatum a Patre Administratore mittitur. (4) An. 1616. cōjugem Heidelbergæ duxit *Elisabetham Charlottam*, Friderici IV. Electoris Palatini filiam, (5) annoque 1619. vivente adhuc Patre Electoratum accepit. Ab excessu ultimi Prussiæ Ducis Alberti Friderici, an. 1618. xxviii. Aug. mortui, an. 1621. investituram Prussicam Varaviæ a Rege Poloniae Sigismundo III. obtinuit. (6) In causa Palatina Friderico V. affinis fuit, eumque e Bohemia profugum excepit, (7) & ad Batavos dimisit: nec nisi an. --- xxvii. in translationem Electoratus ad Maximilianum Bavarum, consensit: (8) quo anno & Cæsari in bello Danico transitum & annonam permisit. (9) Cum bello Polonico Sveci Prussiam Ducalem infestarent, celebratis laudato anno provincialibus comitiis, Prussiam ordinavit, & quomodo Svecorum irruptiones declinandæ, cum Ordinibus constituit: (10) anno autem -- xxix. ipso mediatore induciæ sexennales inter Svecos & Polonos firmatæ, eidemque sequestro tradita Mariæburgum, Stumma & Hauptum, (11) quæ altera induciarum prorogatione anno --- xxxv. reddidit. (12) Quandoquidem vero an. 1628. Ferdinandi II. Cæsaris edicto restitutionis, Episcopatus Havelbergensis & Lebusiensis repeterentur, (13) anno 1630. ad Ratisbonensia comitia, exhaustis per militiam Cæsaream provinciis, impensarum defectum causatus, venire de-

detrectavit. (14) An. -- xxix. cum haectenus bello utrim- 1629.
 que gesto, auxiliariibus isthinc Hispanis, hinc Batavis, in
 Iuliacensibus fuisset actum, nova pacta Dusseldorpii fue-
 runt inita in annos xxv. nisi interim de tota causa conve-
 niretur, & de divisione provinciarum statueretur. (15)
 Cum vero inter partes novae orirentur difficultates,
 an. --- xxx. ita conventum, ut Elector his xxv. annis Duca- 1630.
 tum Clivensem & Comitatum Marcanum totos, Palati-
 nus Iuliacensem & Bergensem Ducatus, cum dominio Ra-
 vestein & Breskefant possiderent, Ravensbergius Comi-
 tatus communes foret. (16) An. -- xxxi. Lipsiensem con- 1631.
 ventum praesens obiit, (17) eoq; finito militem conscripsit,
 Regique Sveciae Gustavo Adolpho obsessum Magdebur-
 gum liberaturo Spandaviam concessit. (18) Hanc cum ex-
 pugmata Magdeburgo enixe repeteret Elector, adeo ex-
 canduit Rex Sveciae, ut ante ipsum Berlinum vim osten-
 taret: quam Electorale gynecceum Regi obviam egressum
 inlhibuit. Tum Spandavia ad finem belli permissa Regi,
 Custrini quoque & in reliquis Electoris receptus & secu-
 ritas, & quae alia bello ducendo necessaria forent, promiss-
 sa. (19) Quin & paulo ante Lipsiense praelium copias suas
 cum Saxonis Svecico exercitui passus jungi, ipse ad sua 1633.
 defendenda digreditur. (20) An. -- xxxiii. ad exequias Si-
 gismundi Poloniae Regis legatum misit Adamum Comi-
 tem Svartzenbergicum, (21) ipse autem Wolgasti adfuit,
 quando Regis Sveciae corpus classe navali in Sveciam
 transmitteretur. (22) Hinc pace cum Wallensteinio fru-
 stra tentata, Francofurtum Caesareanis foederatorum ope
 extorsit. (23) Pace Pragenfi an. -- xxxv. cautum, ut, si in 1635.
 hanc Elector consentiret (quod dein factum) investitura
 in Pomeraniam a Caesare daretur. (24) Quando autem an.
 -- xxxvii.

1637. -- xxxvii. x. Martii Bogislaus xiv. ultimus Pomeraniae Dux decederet, successionem tamdiu ostensam & firmatam, aggreditur; non sine difficultate tamen: quod non modo Ordines Pomeraniae initio adversarentur, sed nova Vngarorum irruptio Marchiam infestaret. (25) Et quoniam Sveci quoque Brandenburgensibus subditis valde incommodarent, militia Electoralis transmissa an. -- xxxix. Du-
 1639. na fluvio in Livoniam pene ad Rigam penetravit: quo permoti Sveci Berlinum & Francofurtum Electori restituerunt. (26) Vivendi finem fecit Elector Regiomonte,
 1640. an. c1639. xli. xxi. Novembr. annoque sequenti i. Martii exequiae magnifico apparatu ibidem celebratae sunt. (27)

(1) Cernitius p. 104. Rentschius p. 499. (2. 3.) Idem. (4) Idem & Spenerus p. 450. (5) Rentschius p. 500. (6) Piafecius p. 345. Rentschius p. 501. (7) Brachelius l. I. p. 34. Spenerus a. l. (8) Brachelius l. III. p. 124. (9) Idem p. 122. Spenerus d. l. (10) Rentschius p. 501. (11) Lungvitzius in *Schwedischen Ver- beer- & Rranß part. I. c. XXXII. p. 191. c. seq. p. 196.* Iohan. Lud. Gotfried in *Inventario Sveciae* p. 20. Piafecius p. 409. Brachelius l. III. p. 148. Hartknochius *Histor. Prussicae part. II. c. II. p. 348.* (12) Piafecius p. 480. (13) Brachelius p. 142. Spenerus. (14) Christoph. Brovverus *Annal. Trevirens. l. XXIV. p. 491. 493.* Brachelius l. IV. p. 162. (15. 16.) Spenerus. (17) Lungvitzius part. III. c. XII. p. 178. Carafa de *Germania S. rest.* p. 437. Brachelius p. 184. (18) Brovverus d. l. p. 495. 499. Lungvitzius part. II. c. LVII. p. 385. Gotfried p. 307. P. B. Burgus in *Martio Sveco-Germ.* p. 94. Piafecius p. 428. Loccenius *Hist. Svec. lib. VIII. p. 58.* Brachelius p. 191. (19) Lungvitzius c. LIX. pag. 447. Burgus p. 116. Loccenius d. l. Brachelius p. 192. Lansbergius in *Gustavi M. Bello Germanico* p. 277. seqq. Spenerus p. 451. (20) Brachelius pag. 197. Spenerus p. 451. (21. 22.) Rentschius p. 503. f. (23) Idem p. 505. (24) Piafecius p. 484. Brachelius lib. V. p. 247. (25) Rentschius p. 506. (26) Idem. (27) Brachelius l. VII. p. 288. Hartknochius p. 357. Rentschius p. 407.

LXIX.

LXIX. Præter felicissimum successorem, *Fridericum Wilhelmum*, genuit Elector *Iohannem Sigismundum*, Coloniae natus an. MDCCXXIV. xxv. Iulii, xxx. Octobris, eodem anno mortuum, præsentibus hospitibus Iohanne Georgio, Electore Saxoniae, ejusque conjugè Magdalena Sibylla: (1) *Ludovicam Charlottam*, n. an. MDCCXVII. iij. Septembr. Iacobo Curlandiae Duci an. -- XLV. nuptam, an. -- LXXVII. xviii. Augusti denatam: *Hedvigem Sophiam*, n. an. MDCCXXIII. iv. Iulii, Wilhelmi VI. Landgravii Hasso-Cassellani conjugem, & ab ejus obitu tutela relictorum Principum egregie perfunctam, (2) anno MDCCCLXXXIII. xxvi. Jun. demortuam. (3)

(1) Cernitius p. 102. (2) Chappезovius in *Europa vivente part. III. p. 138.* (3) Auctor *Notitiae Historico-Heraldico-Generologicae Procerum S. Rom. Germ. Imperii p. 1486.*

LXX. FRIDERICVS WILHELMVS, præsens E. XI. Elector gloriosissimus an. MDCCXX. vi. Febr. intra tertiam 1620. ac quartam pomeridianam (1) Coloniae in aula Electorali natus, biennio ante excessum Patris gravissimo tentatus morbo, (2) statim ab obitu Patris in Comitibus Varaviae a Vladislao Poloniae Rege investituram Prussiae accepit an. MDCCXLI. (3) Hujus Electoris augustum regimen præcipue inclaruit cessione quarundam provinciarum, & receptione aliarum per pacem Westphalicam; moribus Neoburgicis, demum compositis; foedere Svecico, & in Polonos bello, discessione a Svecis, ac contra eos cum foederatis bello, & hinc impetrato supremo in Ducalem Prussiam dominio; deditioe Magdeburgi; bellis Gallo-Svecicis, & successione Magdeburgensi.

(1) Cernitius p. 102. (2) Singularia de hoc morbo habet Auctor *des Kurgen Entwurffs der rechtmäßigen Wassen/und glücklichen Thaten des Durchl. Churfürsten von Brandenburg*

Burg edit. CI OIOCLXXVIII. p. 18. 19. (3) Hartknochius pag. 357.
Rentschius p. 511.

1648.

LXXI. In pace Westphalica an. CI OIOCLXVIII. Elector Brandenburgicus Svecis cessit totam Pomeraniam citeriorem (*Vor-Pommern*) una cum insula Rugia, & ex ulteriori (*Hinter-Pommern*) Gartz, Damm, Gollnau, & insulam Wollin, titulis tamen & insigniis Pomeraniæ integris, donec masculina superaverit linea, retentis. Recepit autem Elector pro æquivalente, (ut loquuntur articuli pacis) Episcopatum Mindensem, & Halberstadtensem, ut & expectantiam Archiepiscopatus Magdeburgensis.*

* Videantur ipsi Articuli Pacis cap. XI. *Pro æquivalente autem compensatione Electori Brandenburgico Domino Friderico Wilhelmo &c.* Auctor *Historia Pacis Westphalica* l. III. §. CXL. seqq. Spenerus p. 452. Rentschius p. 513. f.

1651.

LXXII. Motus Brandenburgico-Neoburgenses ex diffidio Iuliacensi nati sunt an. CI OIOCLXIV. cumque multa utrinque acta essent, & ad arma jam deventum an. --- XLVII. nova transactione pactum divisorium confirmatum; sed ut Electoris totus esset Comitatus Ravensbergicus. Licet autem in pace Germanica causa controversa ad ordinarium juris processum, vel amicam compositionem seposita; nova tamen dissensiones ortæ sunt anno --- LI. Electore Palatinas terras infestante, Palatino autem vicinorum auxilia flagitante. Post ipsorum tamen Principum patienti in campo colloquium, ac dein legatorum Cæsaris operam, controversiæ pro tempore sunt compositæ. (1) Anno demum --- LXVI. inter Electorem & Palatinum res plene ita est confecta; penes illum Clivia, Marca & Ravensbergo, penes hunc Iuliaco & Montibus manentibus, & Ravensteinia causa ad arbitros remissa: quæ tamen postea alio modo composita. (2) (1)

(1) Coptiq̄ hęc descripsit Brachelius *lib. IX. p. 193. seqq.* (2) Pactum inter Electorem & Neoburgicum hæreditarium, opera potissimum Bernhadi Episcopi Monasteriensis confectum repræsentat integrum Christianus Gastelius *de Statu publico Europæ cap. IX. p. 438. seqq.* Confer Rentschii *Ceder Hein p. 106. & 232.*

LXXIII. Quod ad Svecico-Polonica Electoris, resummatim ita se habet. Cum Carolus Gustavus novus Rex Sveciæ anno *MDCLV.* Polonos aggredere, Elector *1655.* ad defendendam Prussiam copias conscripsit. (1) Quandoquidem autem Svecicorum armorum felicitas in dies succresceret, Elector ineunte anno --- *LVI.* percussio cum *1656.* Svecis fœdere, (2) magno ipsis in felici ad Varfaviam prælio adjumento fuit. (3) Sed Rege Sveciæ anno *MDCLVII.* e Polonia ad bellum Danicum digressio, ac Electorem deserente, (4) hic cum Polonis in gratiam redit, (5) ac inito etiam cum ipsis & domum Aultriacam sequenti anno fœdere, (6) supremam, & a pristino nexu feudali solutum in *1658.* Ducalem Prussiam dominium, ac insuper urbes, arces, ac præfecturas Lauenburgum, Butau & Lebe accepit. (7) Quod cum ægre ferret Rex Sveciæ, ut nec Flensburgi admittere vellet legatos Electorales, (8) Elector etiam cum Leopoldo Cæsare, ut & Friderico IV. Daniæ Rege constituto fœdere, copias suas fœderatis jungens, caput illius militia: dictus est. (9) Quo ipso arma fœderatorum in Holfatiam (10) & Pomeraniam translata, & in hac Wollinum & Demminum occupata, (11) sed post felix in Eionia cum Svecis prælium, (12) pax redintegrata anno *MDCLX.* *1660.* (13) Anno autem *MDCLXIII.* status Prusiæ Ducalis su- *1663.* premo dominio Polonico exempti, Electori præsentibus legatis Polonicis homagium præstitere, (14) ac porro qui Regiomonte emerferant motus feliciter sunt compositi.

- (1) Christianus Adolphus Thuldenus *Historiar. lib. V. p. 127.*
 (2) Idem *lib. VI. p. 171.* Loccenius *Hist. Svec. l. IX. p. 769. f.*
 Hartknochius *Hist. Pruss. part. II. c. II. p. 359.* (3) Falsus igitur est Thuldenus p. 256. scribens: *Modum operæ militaris, quam Suedis navabat Marchio, precium fuisse.* Rectius Spenerus p. 452. *Potior victoria apud Warzoviam obtenta pars ipsi (Electori) attributa est.* Confer Loccenium l. IX. p. 784. f. Hartknochium p. 361. Ioh. Cyprianum in *Historia Caroli Gustavi Regis c. XIX. Rentschium p. 517.* (4) Thuldenus l. VIII. p. 145. Loccenius p. 804. *Auctor des Entwurffs der rechtmäßigen Waffen des Churfürsten p. 23.* (5) Thuldenus l. VIII. p. 127. 137. 144. (6) Thuldenus l. VIII. p. 174. *Vid. Instrumentum Pacis inter Ioh. Casimirum Poloniae Regem, & Fridericum Wilhelmum Electorem, apud Thuldenum Append. part. IV. p. 273. seqq.* Pfannerus *de Principibus Germaniæ p. 155.* *Copia fœderis offensivi inter Domum Austriacam & Brandenburgicam an. MDCLVIII. apud Thuldenum in Tractat. Historico-Politicis ad part. III. pertinentibus p. 125. seqq.* ut & *Copia Fœderis Defensivi inter easdem Domos p. 129.* (7) Loccenius d. l. p. 804. Hartknochius p. 362. Rentschius p. 518. (8) Thuldenus l. IX. p. 257. Loccenius p. 832. f. *Vid. scriptum, cui titulus: Chur Brandenburgischer an die Kön. Maj. von Schweden abgelassener Gesandtschaft Berichtung edit. an. MDCLVIII.* (9) Thuldenus *part. IV. lib. I. p. 41.* Spenerus p. 453. (10) Thuldenus *eod. libro.* Cyprianus c. XXIII. (11) Thuldenus p. 69. seqq. (12) Idem p. III. seqq. Loccenius l. IX. p. 850. (13) Thuldenus *part. IV. l. III.* (14) Hartknochius p. 363. *Moneta in hujus rei memoriam cusa sequentem habet inscriptionem: SUPREMO PRUSSIE DOMINO FRIDERICO WILHELMO PRINCIPI ELECT. BRANDENB. HOMAGIUM PRÆST. VIII. OCTOB. 1663.* *Vid. Rentschius p. 522. seqq.*

1666. LXXIV. Occupationi Magdeburgensi anno 1631-
 LXVI. ansam dedit bellum Episcopi Monasteriensis in Belgium foederatum. Istum enim primo petebant arma Electo-

lectoris, qui cum Batavis foedus pepigerat, (1) quæ, quod
is ad pacem flexus, post certa cum Augusto Saxone pacta
Magdeburgum nihil tale metuens aggressa, sine cæde &
fangvine in ditionem Electoris rede gere, homagio prius
Augusto Administratori, post Electori, futuro Duci Mag-
deburgensi præstito. (2)

(1) Vid. libellus, cui titulus: Ausführlicher Bericht alles des
sen/was sich in deme zwischen denen Königen in Frankreich
und Engelland/dem Herrn Bischoff in Münster / und den
Herren Staaten der vereinigten Niderlande in Anno 1664
entstandenen Krieg/ biß auff den in Anno 1667. zu Breda
geschlossenen Frieden begeben. Franckfurt. 1669. pag. 363.
(2) Rentschius p. 92. § 525.

LXXV. Gesta bello Gallo-Svecici compendiarie ita
habent. Cum Serenissimus Elector juncta cum Leopoldo
Cæsare, armorum societate, (1) anno MDCLXXII. scilicet 1672.
derato Belgio contra Gallos suppetias ferre laboraret,
Westphalica Electoris a Gallis & Monasteriensibus insigni
affecta damno: (2) donec pace cum Gallo constituta (3)
Monasteriensis quoque Episcopus ad quietem compone-
retur. Quod tamen articulis pacis cautum, ne Electori
fraudi esset salutem Imperii Germanici procurare, (4)
factum, ut Gallis porro Germaniæ infestis, Elector novo
foedere cum Cæsare & Belgis inuito, ad pellendos Germania
Gallos cum exercitu promovens, victorica arma in Alsatiam,
& Brisacum usque proferret. (5) Interea Svecia Gallis con-
citati Marchiam Brandenburgensem gravissimis exactio-
nibus presere, (6) ac Lockenitium & Rupinam occupa-
vere. (7) Quamobrem Elector patriæ suppetias laturus,
quanta potuit celeritate regressus, ac Magdeburgo nocte
concupia exiens, Ratenavia occupata, Svecos cum solo
equitatu ad Fehrbellinum adortus, cædit, sternit, fugat,

exque terris suis ejcit. (8) Hinc post congressum cum Rege Daniae Gadebuschi in Meklenburgicis, (9) armis in Pomeraniam conversis, Wolgastum ac Vkemunda in manus Electoris venire. Deinceps Garzium, Greifenhagen, Lockenitium, Damma & Tribsea, castrum firmissimum Penemunda, Wollina, & post gravem adversariam Anclamum & Demminum sequebantur. (10) Stetinum, quidem Pomeraniae metropolis Electori multum fecerunt negocii: sed & ea tandem sequentis anni mense Decembri, postquam semestrem obsidionem sustulerat, ad deditonem compulsa est. (11) Restabat inclyta urbs Stralsunda, itemque Academia nobilitata Gryphsvaldia: at ex quo devicto Konigsmarckio, Rugia insula foederatorum ope occupata, (12) tanti Herois vim sustinere Stralsunda non potuit, cum praesertim bona pars urbis incendio esset vastata. (13) Colophonem victoriis Pomeranicis imposuit Gryphsvalda, & ipsa tamen inflammationi proxima. (14) Et dignae utique haec erant victoriae, quas gloriosissimus Daniae Rex Christianus V. potentissimo Electori nostro in praesenti gratularetur Dobrani xxv. Novembris. (15) Iam omnia videbantur in vado, cum quietem Electoralem turbare conarentur Sveci, duce Henrico Hornio in Prusiam Ducalem erumpentes, & Tilsa, Ragenitio ac Insterburga occupatis, ipsi Regiomontanae urbi imminentes. (16) Verum ex quo Elector media hyeme per glaciem & confertam nivem transmisit Vistulam, Sveci in fugam, conversi plenam victoriam Electorali militi inviderunt. Neque tamen incolumes evasere Sveci, aliquot legionibus caesis, multisque tormentis atque impedimentis victoris arbitrio relictis. (17) An autem perpetuus magnae felicitatis comes invidia, an Principum quorundam Germanorum

norum duriora a Gallis pasorum querelæ, an pacis brevi tamen duraturæ dulcedine illecti fœderati Belgæ pacem Neomagensem præcipitarint, neum nunc non est curatius inquirere. (18) Et si vero Elector noster intercedentibus Gallorum, aliis periculis defunctorum armis, pleraque Pomeranica reddiderit Svecis, aternæ tamen Ei cedet gloriæ, quod id inter media sit factum arma, & eo quidem tempore, cum prope ab omni humana ope videbatur destitutus. Vti tamen Electori nonnulla in ulteriori Pomerania (19) olim controversa per tractatus pacis accessere; ita inprimis Ei manet ac aeternum manebit per tot illustria gesta immortalis parta gloria.

(1) Vid. Petrus Valckenier in *verwirretem Europa part. III. p. 386. 387. 451. & in Appendice num. LXXVII p. 84. f. (2) Idem p. 454. Andreas Müller in der Continuation des verwirreten Europæ part. V. pag. 5. seqq. (3) Valckenier d. l. p. 487. 490. A. Müller d. l. p. 6. (4) Valckenier p. 493. (5) Müller part. VI. p. 305. seqq. 430. seqq. 454. (6) Idem p. 510. seqq. 529. seqq. 537. f. 634. 644. 646. seqq. 656. seqq. 672. Pfannerus de Princ. German. cap. IV. p. 173. (7) Müllerus part. VII. p. 783. f. (8) Idem p. 785. seqq. In memoriam hujus victoriæ cufus est nummus, cujus inscriptionem repetit Rentschius in Brandenb. Eder. Hein p. 546. (9) Müllerus p. 796. (10) Idem part. VIII. pag. 204. seqq. (11) De obsidione & occupatione Stetineri vid. Andr. Müller. part. IX. p. 568. seqq. 582. seqq. Rentschius p. 549. seqq. (12) Müllerus part. X. p. 802. seqq. (13) Idem p. 811. seqq. (14) Idem p. 817. seqq. (15) Idem p. 822. (16) Idem p. 829. seqq. Hartknoch. *Hist. Pruss. part. II. c. II. p. 363. f. (17) Müllerus p. 831. Hartknoch. d. l. (18) Vid. Auctor, qui sub Trajani Boccalini nomine de Pace Neomagensi scripsit.**

LXXVI. Et nescio sane, an non compensaverit Deus redditionem Pomeranitorum per accessionem archiducibus Magdeburgensis. Hanc enim per Augusti Saxonis

1681. nis Administratoris excessum (1) ad se per leges pacis Germanicæ transmissam primi Magdeburgensis Ducis nomine recepit Elector, annoque c1010CLXXXI. per homagialia sacra subditos sibi devinxit. (2)

(1) Andreas Müller *part. X. p. 1127.* (2) Idem *p. 1159.*

LXXVII. Plurima quidem adhuc de Potentissimo Electore dicenda forent, ac in his de condita Dusburgensi Academia; de incomparabili Bibliotheca Berolinensi; de Spreæ atque Svevi (Oder) per canalem in tria milliaria exturrentem conjunctione; de capta opulenta navi Hispanica, & in Americam institutis navigationibus. Verum quia in hac opella non nisi lineamenta gestorum duximus Electoralium, hoc Catone, verius dixerim, Atlante Germaniæ nobis licuerit esse contentis.

LXXVIII. Restat tamen utrumque Electoris conjugium, mutua concordia ac prole numerosa felicissimum. Prima uxor erat *Ludovica* (Loyfa) Henrici Frederici Principis Arausionensis filia, ducta anno c1010XLVI. vii. Decembr. anno c1010CLXVII. vi. Iunii mortua. Ex hac geniti I. *Wilhelmus Henricus*, anno c1010CLXVIII. xi. Maji Cliviæ natus, sequenti anno xx. Octobr. Vesaliæ denatus. II. *Carolus Æmilius*, anno c1010CLV. vi. Febr. Colonia natus, Princeps summæ expectationis, paternæ in Alsatiam expeditionis comes, qui an. c1010CLXXIV. xxvii. Novembr. Argentorati vivere desiit. III. *Fridericus*, Electoralis Princeps; de quo mox dicemus. IV. *Henricus* & V. *Amalia* gemelli anno c1010CLXIV. ix. Novembr. nati, quorum alter nono a partu die, illa sequenti anno xxii. Ianuar. obiit. VI. *Ludovicus*, anno c1010CLXVI. xxviii. Iunii natus, Stetinensi obsidioni interfuit. An. c1010CLXXX. eidem conjuncta *Ludovica Carolina* (Loyfa Charlotta)

Ra-

Radzivilia, Bogislai Ducis unica filia maritum Radzivilia-
nis in Lithuania Ducatibus auxit. (A. Muller *part. x. p. 1228.*)

Ex altera uxore *Dorothea*, Principe Holsato-Glucks-
burgica, Christiani Ludovici Ducis Brunsvico-Lunebur-
gensis vidua in Electoralem thorum an. CIOIOCLXVIII. ad-
scita, itinerum atq; expeditionū plerarumq; atq; adeo pe-
riculorum mariti fidelissima socia, nati I. *Philippus Wilhelmus*,
Regiomonte an. CIOIOCLXIX. XIX. Maji. II. *Albertus*
Fridericus, an. CIOIOCLXXII. XIV. Ianuar. Coloniae nata. III.
Carolus Philippus, eodem an. XXVI. Decembris in arce Spa-
renbergensi natus. IV. *Christianus Ludovicus*, Coloniae
an. CIOIOCLXXVII. XIV. Maji Coloniae natus. V. *Maria Ama-
lia*, Coloniae an. CIOIOCLXX. XVI. Nov. nata. VI. *Elisabetha*
Sophia, an. CIOIOCLXXIV. XXVI. Martii Coloniae nata. VII.
Dorothea, an. CIOIOCLXXV. Sparenbergæ nata, anno CIOIOCL-
LXXVI. Coloniae denata.

LXXIX. Electoralis Princeps FRIDERICVS anno
CIOIOCLVII. I. Iulii natus in toga atq; sago inclaruit, ac Patri
contra Svecos militanti adstitit, adeoq; devicta Pomerania
in partem gloriae paternae venit, atque ex ipsius Daniae
Regis manu in sine Ordinis Elephantini accepit Dobrani.
(* An. CIOIOCLXXVIII. conjugem duxit *Elisabetam Hen-
ricam*, Wilhelmi VI. Landgravii Hasso-Cassellani filiam,
ex qua an. CIOIOCLXXX. XIX. Sept. filia auctus est *Ludovica*
Dorothea Sophia. Sed postquam Serenissima mater an. CIOIOCL-
LXXXIII. XXVII. Junii. decessit, hoc ipso praesentis anni mense,
Octobri Reverendissimi ac Serenissimi Principis Ernesti Au-
gusti, Episcopi Osnabrugensis, ac Ducis Brunsvico-Lune-
burgensis filiae primogenitae jungetur. Quod connubium ut
faustum felix atque fortunatum sit, ex animi sententia opto,
voveo, precor.

(* Andr. Müller, *Continuat. des verwirreten Europa part. X. p. 822.*

F I N I S.

N

CA-

CASPARIS SAGITTARII
EPISTOLA

AD
DOCTISSIMUM RESPONDENTEM.

Macte hac virtute esto, mi VLRICE!
qui Patronorum consilia secutus, me-
cum illustrandam suscepisti nobilis-
simam partem historiae Germanicae.
Non immerito ita appello Marchiae
Brandenburgicae historiam: quorum Domini a
modicis quidem olim progressi initiis, brevi ad
tantum pervenere fastigium, ut non nostram mo-
do Germaniam sua implerent virtute, sed eandem
in extremum usque Septentrionem diffunderent.
Loquor nunc de altera Marchionum familia, ab
Alberto Vrso, magno utique Principe, & Henrici
illius Leonis amulo prosapiam ducente: quam
tamen longo post se reliquit intervallo, quod nunc
per aliquot saecula Marchiam cum pluribus aliis
provinciis fortiter aequae ac feliciter gubernat, ex
Zolleriano sanguine ortum trahens Brandenbur-
gensium Heroum genus. Ceterum injurii in tantos
essemus Magnates, si universam Marchionum hi-
storiam tam brevi opusculo exhaustum iri crede-
remus. Enimvero si tantum attendimus Potentissi-
mi, qui hodie, faxit Deus diutissime! rerum potitur,
Electo-

Electoris gesta: tot sane illa sunt ac tanta, ut justum corpus, imo sinuosum volumen impleverint. Neque tamen tantum nobis sumimus, qui huic historiae curatius perscribendae nos venditarem pares. Majora hic requiruntur Ingenia, & penicillum Appelleum imagine Alexandrina dignum. Nobis suffecerit lineamenta duxisse hujus operis, ac indice digito commonstrasse, unde petenda sint potiora Marchionum ac Electorum gesta. Neque vero dubito, quin etiam haec ipsa de patria historia bene merendi voluntas Maecenatibus tuis sit placitura, teque ob id pro virili sint ornaturi. Atque ut id fiat locupletissime, eoque singularis tuae probitatis, modestiae, ac industriae fructus referas, ex animi sententia voveo.

*Sic ergo ingenium fervensque industria nobis,
Queis Tibi surgit honor, dant documenta sui.
Prospera coepta sient, tenui quod carmine grator.
Phoebus qua porro Te trahit, ito viam.*

Sic Clare docto DN. VLRICI, auditori meo sedulo de specimine historico gratulari volui

Jo. Andr. Schmidt / Log. & Metaph. P.P.

N 2

Stem-

Stemmata magna doces vere
sub Præside magno,
Mox igitur magna magnus in ur-
be clues.

Ita de magnis conatibus Eximii & Clare-Docti Dn.
VLRICI, Fautoris & Amici sui æstumatissimi
haut frustra ominatur
M. Nicolau: Eggers/Luneburgensis.

Stemma subis BRANDENBUR-
GENSE, refulsit Achilles
Perpes in hoc, & jam SCEPTIFER
ALMVS adest.

Floreat HEROVM DECVS HOC, DOMVS
ALTA virescat!

Tu verò *Vlrici* maecte labore fies!

*Nobilis. Dn. Conterraneo, Amico per-dilecto honoris
atque amoris ergo h.æc apponere debuit
Joh. Nilgendorff/Solquell. Marchi:*

EGregiam laudem, multosque
mereris honores,
Quilibet & civis plaudit, Amice,
Tibi. Nec

*Nec mirum : patriis monstras sua
Numina terris,
Marchiacum celebras dum Sa-
cra Sceptra Ducum.*

In honorem Nobiliss. Dn. Respondentis Amici &
Contubernalis sui dilectissimi scrib.
Jacob. Xiebe / Gardeleg. March. S. S.
Theol. Stud.

Non sibi dedecori magnus du-
cebat Homerus,
Herois Trojæ Priami immortalia
facta

Cantare : ast majus tentare videris
Amice,
Prosá describens invicti stemmatis
ortum

Priscum, res gestas in bello & pace
notandas.

Perge laborando, scito, tibi digna
labore

N 3 Præ.

Præmia missuras Aulam, Sophiesq;
cathedram;
Quæ magno ut veniant cumulo
tuus optat Amicus.

*Pauculis hæc Nobilissimo ac Doctissimo Dn.
Disputationis hujus Respondenti Amico
suo in paucis dilectissimo gratulari
voluit debuit*

Jacob. Dorrien, Hildesf. SS. Theolo-
giae Stud.

IN magnis voluisse sat est, tandem-
que meretur:

*Plus tamen, in magnis Te potuis-
se, valet.*

Hæc gratulabundus scrib.
J. Christ. Gosky, Seehuf. March. LL.
Stud.

Quem nunquam magnos de-
terret adire labores,
Quod perfundatur totus sudore,
licetque
Non.

Nonnunquam sævo solvantur fri-
gore membra:
Felicem ille nequit tunc non attin-
gere metam,
Et tandem evehitur cum laude per
aspera ad astra.
Hoc altâ fuit, Ulrici, Tibi mente re-
postum,
Nam tuis in studiis efferbuit hacte-
tenus ardor,
Improbis hicce labor nunc id lau-
dabile profert,
Gratulor hoc ausum, Te præmia
digna manebunt.

*Pauca hæc Nobiliss. Dn. Respondenti, amico
singulari, adjicere voluit*

Joh. Joach. Stoffregen, Werb. March.
LL. Stud.

LUMINA, quæ nobis hîc sceptrâ
tenentia sistis,

Por

*Porro tuis studiis affundant nobile
LUMEN,
Quo radios olim Patriæ des lumi-
ne docto;
Voce precor LUMEN, cuncti quod
LUMINIS Autor!*

Ita
Doctiss. Dominum Respondentem, Amicum pari-
ter ac Popularem suum, de egregio eru-
ditionis specimine gratulabundus
salutat

Gideon Rappos, Solquell. March.
Phil. Stud.

